BARTHOLOMÆI GALESII

Bonon. Supraordinariæ Medicinæ Profeſſoris

Tractatus de Podagra, ſecunda editione auctus Parallelo Terramotus cum Microcoſmi motu: cui inſeritur doctrina

De Genitutis; De Decubitibus Aegrorum; De Morbo Gallico; De Phyſiognom. De Inſomnijs; De Veneficijs; De Venenis.

Agitur quæſtio: An Morbi per ſimplicem relationem curari poſſint.

Afferuntur Ariſtot. auctoritates pro immateriali mentis humanæ ſtatu.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BONONIAE, Typis Franciſci Catanij. M. DC. XXXIII.

Superiorum permiſſu.

EMINENTISSIMO
ET REVERENDISS.
HIERONYMO
COLVMNÆ

Sanctæ Rom. Eccl. Card. Bononiæ Archiepiſcopo, & Principi,

Patrono Colendiſsimo.

BARTHOLOMAEVS GALESIVS S. P. D.

CONSVETVDO *pridem inualuit, vt quos ſtudium, & exercitatio in re litteraria celebrat, eoſdem Mecanatum præſidium fouere ſoleat: cum tu (Eminentiſs. Card. ac Princeps) opportunè mihi occurras, tuo patrocinio hunc ſecundum ingenij mei fœtum commendare iure meritò debeo, non ſolum ob tuarum memoriam gratiarū, quas nuper in me conferre dignatus es; verū etiam ob ſingularium virtutū ſplēdorem, à quo tenebroſas ſcriptorum meorum cali-*

caligines illuſtrari non deſpero: ſic enim clares, vt Martini V. Pontificis Max. Integritatem, Prudentiam, Iuſtitiam referre penitus videaris: Vnde ab hæreditaria morum ſuauitate quodammodo impulſus, ſtudioſos libens recipis, eoſq; gaudes tuis cumulare fauoribus. Benignè igitur accipias (Humaniſsime Princeps) has à me obſeruatas PODAGRICI *morbi praxes, quæ humiles tantum, ac ſupplices meritiſsimum nomen tuum venerari intendunt; necnon impenetrabili ſolidiſsima Columnæ tuæ munimine defendi nunc implorant; vt neq; tela, neq; interitum pertimeſcant: Hoc mihi ex voto continget, ſi de more tuo benigniſsimo (vti precor) illas accipere, ac reſpicere non dedignaberis. Vale. Bononiæ pridie Kal. Iulij M. DC. XXXIII.*

Lectori Iatrophilo S.

PRodit in lucem hac ſecunda auctus editione de Podagra Tractatus hic noſter, quem non pigebit (vt reor) Medicinę, & Philoſophiæ ſtudioſum manu conterere; habet quippè, quæ vtrumq; delectabunt: ſimplici, nudoq́; placuit vti ſtylo, quo facilius ſingulis placeret, & prodeſſet, cum in eo ſuggerantur remedia Galenica, & Spagyrica vniuerſis morbis conuenientia, quæ poterunt Theoricæ, & Practicæ ſtudioſo non parum ſatisfacere: ſi quædam tibi in multis, quæ diſpliceant, occurrerint, MEMENTO, neminem eſſe ex omni parte abſolutum, Tuum erit imbecillitati noſtræ veniam indulgere, & ingenuum laborem æqui conſulere. Vale.

Diſtinctio Librorum, & ordo.

Primus liber, Præcognitiones ad Podagram continet.

Secundus. Indicationes, Coindicationes, Contraindicationes, & Præſagia.

Tertius. Curationes ſecundum germanum medendi vſum.

Quartus. Curationes Hermeticas, & ad ſpagiricam ſpectantes.

Quintus denique, Præſeruationes à Podagra, tum ſecundum germanum medendi vſum, tum ſecundum Spagiricos.

T A B

DE PODAGRÆ

- Nomine, tum
  - Significationis.
  - Denominationis.
- Definitione, tum
  - Nominali.
  - Eſſentiali, propter quã de
    - Parte affe
    - Cauſis
    - Signis, tu
- Indicationibus, quæ deſumuntur à patientis Virtute — à Morbo — à Morbi cauſa — à Conſuetudine — à Parte affecta — à Iuuantibus, & Lædentibus — à Forma, & à Situ.
- Coindicationibus, quæ ſunt Aetas — Temperamentu
- Contraindicationibus, tum ex conſenſu
  - Iatromatico
  - Aliorum à
- Præſagio, quod eſt, vel
  - Longum.
  - Breue.
  - vtrumque aliquand
- Curatione, quæ deſeruiet etiam Chiragræ, Iſchiadi, Gon & aliis morborum articularium ſpeciebus, eritq; ſecu
- Arcanis diuerſis pro Podagræ materierum diuerſitate
- Amuletis, Periaptis, & Periammatis, vt diſtinctis ab
- Præſeruatione,

V L A.

ta, quę affici exiſtimatur interdum per { Eſſentiam. { Totius.
Conſenſum { Partis.

Supranaturalibus. { Extrinſecæ. } vtræq; { In vniuerſali
Naturalibus, quæ ſunt { Intrinſecæ. } { In particulari.

m { Pathognomonicis. } ob quæ de { Pulſibus.
Vrinis.
Superuenientibus. } Inſomnijs.
Phyſiognomonia;
Decubitu.

n — Conſuetudo — Anni tempus — Regio —

rum.
Iatromaticis.
o { Bonum.
Malum.
Neutrum.

græ, { Germanum medendi vſum, & vel { Extrinſecè.
Intrinſecè.
dum { Hermeticam diſciplinam, & vel { Extrinſecè.
Intrinſecè.

Apotropæis.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITVM
Quæ in Primo Libro continentur.

Cap. 1.

DE varijs Podagræ ſignificationibus.

Cap. 2.

De varijs eiuſdem nominibus.

Cap. 3.

De dictionibus à Podagra denominatis.

Cap. 4.

De nominali Podagræ definitione.

Cap. 5.

De reali Podagræ definitione.

Cap. 6.

De Podagræ ſignis pathognonomicis.

Cap. 7.

De parte in Podagra affecta.

Cap. 8.

De Podagræ cauſis in vniuerſali.

Digitized by Google

Cap. 9.
De Podagræ cauſis externis in vniuerſali.
Cap. 10.
De Podagræ cauſis externis in particulari.
Cap. 11.
De aere, vt fluxionum Podagræ cauſa.
Cap 12.
De cibo, & potu, vt eiuſdem cauſa.
Cap. 13.
Vtrum vinum nutriat, & faciat ad Podagram.
Cap. 14
Qualis potus debeat eſſe in Podagra, frigidus, nec ne. Cap. 15.
De inanitione, & repletione, vt Podagrę cauſa.
Cap. 16.
Vtrum crapula ſit in cauſa Podagræ.
Cap. 17.
De motu, & quiete, vt eiuſdem cauſa.
Cap. 18.
Vtrum vſus venereus Podagram inducat.
Cap. 19.
De ſomno, & vigilia, vt eiuſdem cauſa.
Cap. 20.
De animi accidentibus, & vtrum ipſa animi accidētia diuerſa, Podagram etiam ob diuerſas cauſas inducant.

Cap. 21.
Vtrum Podagra poſsit ab hominibus prouocari, quotieſcunq; voluerint.
Cap. 22.
De internis Podagræ cauſis in vniuerſali, tũq; immediatis, tum mediatis.
Cap. 23.
Vtrum Podagra ſit hæreditaria.
Cap. 24.
Vtrũ pletoria; & cacochimia ſint cauſa Podagrę, & alterutra facilius Podagram inducat.
Cap. 25.
Vtrum intemperies abſq; materia poſsit Podagram efficere, & quomodo.
Cap. 26.
Vtrũ flatus Podagram inducant, & quomodo.
Cap. 27.
De humoribus tùm quoad quantitatem, tùm quo ad qualitatem Podagram efficiẽtibus, & qua via. Cap. 28.
Vtrum humorum gradus ſint neceſſario ſimpliciter conſiderandi pro recta Podagræ curatione. Cap. 29.
Vtrum in Podagræ morbo poſsit eſſe cauſa occulta, maligna, & venenatum quoddam virus.

Cap 30.

Vtrum aliqua lues venerea podagram inducere poſsit.

Cap. 31.

De ſignis ſequentibus ex natura particularis cauſæ, Podagram generantis.

Cap. 32.

Vtrum inſomnia, & quæ præmonſtrent naturam cauſarum Podagram producentium.

Cap. 33.

Vtrum vrinæ, & quæ poſſint oſtendere humores, etiam malignos, & flatus in Podagræ doloribus.

Cap. 34.

Vtrum ex pulſibus, & quibus deprehendantur humores diuerſi, & flatus in Podagræ affectione.

Cap. 35.

Vtrum ex Phiſyonomia Podagrę cauſæ cognoſcantur.

Cap. 36.

Vtrum genethliaci prædicere queant aliquem eſſe Podagræ doloribus ſubiectum, & ob quam cauſam.

Vtrum

Cap. 37.

Vtrum ex figurarum cæleſtium configuratione in Podagræ principio humorum, vel malignorum, necnon flatuum natura deprehendi poſsit.



IN.

Cap 30.

Vtrum aliqua lues venerea podagram inducere poſsit.

Cap. 31.

De ſignis ſequentibus ex natura particularis cauſæ, Podagram generantis.

Cap. 32.

Vtrum inſomnia, & quæ præmonſtrent naturam cauſarum Podagram producentium.

Cap. 33.

Vtrum vrinæ, & quæ poſſint oſtendere humores, etiam malignos, & flatus in Podagræ doloribus.

Cap. 34.

Vtrum ex pulſibus, & quibus depræhendantur humores diuerſi, & flatus in Podagræ affectione.

Cap. 35.

Vtrum ex Phiſyonomia Podagrę cauſæ cognoſcantur.

Cap. 36.

Vtrum genethliaci prædicere queant aliquem eſſe Podagræ doloribus ſubiectum, & ob quam cauſam.

Vtrum

Cap. 37.

Vtrum ex figurarum cæleſtium configuratione in Podagræ principio humorum, vel malignorum, necnon flatuum natura deprehendi poſsit.



IN-

INDEX CAPITVM
Quæ in Secundo Libro continentur.

Cap. 1.

DE varijs indicationibus deſumendis a varijs Podagræ cauſis.

Cap. 2.

Vtrum indicationes in Podagræ affectione deſumendæ, debeant potius elici à morbi cauſa, an à morbo, an a patientis viribus, an a conſuetudine, an a iuuantibus, & lædentibus, an a forma, ſeu figura, an a parte affecta, an denique ab omnibus cum ſingularum ratione.

Cap. 3.

De coindicationibus, quæ ſunt ætas, temperamentum, regio, conſuetudo, anni tempus, morbi motus, & alia huiuſmodi.

Vtrum

Cap. 4.

Vtrum pueri, virgines, ac mulieres defluentes, ſint Podagræ ſubiectæ.

Cap. 5.

Vtrum Eunuchis Podagra contingat.

Cap. 6.

Vtrum Podagra populariter graſſetur.

Cap. 7.

Vtrum Podagra contingat vno potius tempore, nimirum vere, & autumno, quam alio tempore.

Cap 8.

Vtrum natura, ſeu complexio, ac omnino temperamentum ſit magis coindicans, quam ætas, ſeu regio, ſeu conſuetudo, ſeu anni tempus, ſeu morbi motus; an vero è contra.

Cap. 9.

Vtrum Spagirici cõtraindicationum rationem aliquam habeant.

Cap. 10.

De contraindicationibus tam ſecundum germanum medendi vſum, quam ſecundum iatromaticos.

De

Cap. 11.

De prognoſtico in Podagrica ægritudine.

Cap. 12.

Vtrum Podagra ſit ſanabilis, tùm quo ad diſpoſitionem, tùm quo ad actum.

Cap. 13.

Vtrum vno, & eodem modo curetur Podagra, perinde ac Gonagra, Chiragra, Arthritis, & alij morbi ex catarrho producti.

Cap. 14.

Vtrum Podagra ſit morbus læthalis.

Cap. 15.

Vtrum Podagra ſit affectus cronicus, an verò breuis.

Cap. 16.

Vtrum Podagra ſua ſpontè finire ſoleat, & fortuitò.

Cap. 17.

Vtrum Podagra ſit affectus liberans patientes à renum doloribus, & à fluxu hæmorrhoidali, necnon à febre quartana.

Cap. 18.

Vtrum nephritide laborans, & colica paſſione ſuperueniente podagra liberetur.

IN-

INDEX CAPITVM
Quæ in Tertio Libro continentur.

Cap. 1.

VTrum Podagræ, etiam nodoſæ, curatio admittatur.

Cap. 2.

In Podagræ curatione nunquam ſunt adeundæ mulierculæ, neq; incantatores.

Cap. 3.

Vtrum rectus in re medica vſus pro curatione Podagræ conſiſtat in quatuor, nempè in Quantum, Quomodo, Quando, & Vbi.

Cap. 4.

Vtrum Podagra debeat curari per tria illa inſtrumenta, quæ ſunt Chirurgia, Pharmacia, & Diæta, an per plura, & quæ: an per pauciora; & ſi per pauciora, Vtrum per vnum, an vero per duo ex dictis inſtrumen-

tis, & ſi omnia ſint exhibenda, a quo ſit inchoandum.

Cap. 5.

Vtrum Chirurgia, an Pharmacia, an deniq; Dicta ſit inſtrumentum vtilius, ac melius pro remouenda Podagra.

Cap. 6.

Vtrum venæ ſectio conueniat in Podagrę curatione, & ſi conueniat, vtrum in omnibus eius cauſis, an vero in aliquibus.

Cap. 7.

Vtrum illa venæ ſectio, admiſſa pro Podagræ curatione ſit futura vſq; ad animi defectũ, vel ſufficiat vſq; ad coloris mutationem.

Cap. 8.

Vtrum eiuſdem Podagræ curationis venę ſectionis foramen ſit futurum anguſtum, an vero amplum, an deniq; mediocre.

Cap. 9.

Vtrum venæ ſectio in huiuſmodi curatione ſit facienda quocunq; die, & quacunq; hora, nulla habita cæleſtium aſpectuum ratione.

Vtrum

Cap. 10.

Vtrum ſit Lunæ ſitus obſeruandus in Zodiaci ſignis, quando eſt inſtituenda particulariter huiuſmodi venæ ſectio, vt & horæ planetariæ.

Cap. 11.

Vtrum venæ ſectio in huiuſmodi curatione ſit facienda in brachio, & quo. An vero in manu, & qua. An in poplite, & quo. An iuxta malleolum, & quem. An ſub lingua, an deniq; in fronte.

Cap 12.

Vtrum cucurbitulæ tam magnæ, quam paruæ conueniant in Podagræ curatione ſecundum rectum illarum vſum.

Cap. 13.

De cucurbitularum erroribus, & periculis ante venæ ſectionem à nobis obſeruatis, accedet & illarum abuſus, ac maxime, dum nulla erit ratio aſpectuũ Lunæ cum Planetis, vel cũ Zodiaci ſignis pro Podagræ remedijs.

Cap. 13.

Vtrum hyrudines ſint vtiles ad huiuſmodi morbum; & de recto illarum vſu.

Cap. 14.
Vtrum Cauteria conducant: & ſi conducāt, vtrum applicanda igne actuali, an vero potentiali; de quorum vſu copiosè diſſeritur.
Cap. 15.
Vtrum ſetacium in collo affixum poſſit Podagram repellere.
Cap 16.
Vtrum ſetacium in collo prohibeatur, dum Luna eſt in Tauri ſigno ad eiuſdem curationem.
Cap. 17.
Vtrum veſicantia poſſint prodeſſe in Podagræ curatione, cuius rei cauſa recti eorum vſus ratio habebitur.
Cap. 18.
Vtrum frictiones, & ligaturæ ſint in Podagræ morbo proficuæ, & qua ratione rectè fieri debeant.
Cap. 19.
Vtrum phlebotomia, & Purgatio vno, & eodem die ſit adminiſtranda.
Cap. 20.
Vtrum in purgantium exhibitione pro Podagræ

græ morbo auferẽdo ſit attendendus, non modò ſyderum aſpectus, quare & Lunæ ſitus in Zodiaci ſignis; necnon aſpectus praui Saturni potiſſimum, Solis, ac Martis cũ Luna, verum etiam horæ planetariæ.

Cap. 21.

Vtrum in huiuſmodi curatione purgantia ſint futura lenientia ſimpliciter, an vero electiua, an deniq; minoratiua.

Cap. 22.

Vtrum in podagrica ęgritudine ſit laudabilior purgatio per clyſteres, an per medicamentum ore ſumendum; & ſi per os, vtrum vomitum excitans, an verò corpus ſoluens; & ſi ventrem exonerans, vtrum ſub forma potionis, an ſub boli ſpecie; & ſi ſub boli ſpecie, vtrum bolus ſit futurus ſiccus, an vero humidus.

Cap. 23.

Vtrum clyſteres ſint futuri acres, an vero mites, an deniq; neutrales, addetur & rectus ſingulorum vſus.

Cap. 24.

Vtrum vomitoria ſint concedenda, & ſi conce-

cedenda, vtrum debeant eſſe fortia, an mitia, an mediocria, non prętermittetur rectus illorum vſus.

Cap. 25.

Vtrum vomitoria ſint tantum inſtituenda, vbi Luna fuerit in ſignis ruminantibus.

Cap. 26.

Vtrum purgātia multo magis proſint ſub forma boli humidi, an vero ſicci.

Cap. 27.

Vtrum fluxiones variæ Podagram cauſantes, cum medicamentis potius purgantibus, an vero cum phlebotomia remoueri ſoleant.

Cap. 28.

De medicamentis purgantibus tam ſimplicibus, quam compoſitis, & ſecundum gradus pro Podagræ cauſarum varietate.

Cap. 29.

Vtrum ſimplicia, dum colliguntur, pro Podagræ curatione ſint colligenda ſecundum cæleſtes diſpoſitiones

Cap. 30.

De medicamentis compoſitis purgantibus ad Podagræ auxilium, ſiue contingat propter pi-

pituitam Dulcem, Acidam, Salſam, aut Vitream.

Cap. 31.

De huiuſmodi purgãtibus, ſi Podagra cauſam habeat a bile pallida, vel a flaua, vel a vitellina, vel ab atra, vel a porracea, vel ab æruginoſa, vel deniq; a cærulea.

Cap. 32.

De huiuſmodi purgantibus, ſi Podagræ cauſa fiat a melancholia melancholica, vel a ſanguinea, vel a colerica, vel a phlegmatica.

Cap. 33.

De purgantibus ſanguinem ſimpliciter, & ſanguinem bilioſum, -- pituitoſum, -- melancholicum, vt Podagræ cauſas.

Cap. 34.

De alexipharmacis contra Podagram, vbi cõtigerit ob virus, vel ob aliquam materiam occultam, & malignam.

Cap. 35.

Vtrum antidotus magna ſit exhibenda pro Podagræ curatione, vbi & rectus illius vſus.

Cap. 36.

Vtrum lapis Bezoar, Smaragdus, Margaritæ,

terra

terra lemnia, cornu cerui, puluis cordialis, cõfectiones hyacinthinæ, Alchermes, & ſimilia ſint pro curatione Podagræ : cuius occaſione rectus ſingulorum vſus tractabitur.

Cap. 37.

Quod Viperarum caro ſit medicamentum in omnibus multo magis alexipharmacum, quam ſit confectio ex hyacintho, vel lapis bezoar, vel aliquid aliud medicamentum alexipharmacum, iam propoſitum pro huiuſmodi Podagræ curatione.

Cap. 38.

Vtrum caro dictarum viperarum ſit laudabilior per trociſcos, an vero per ſuffumigia, ſuffumigiaq; conſultò parata.

Cap. 39.

Vtrum viperæ omnes, & quocunque tempore captæ, ſint pro Podagræ curatione, cum illarum qualitatibus, & virtutibus.

Cap 40.

An eſu viperinæ carnis nutrita animalia, Podagra laborantibus ſint proficua.

Quan-

Cap. 41.

Quanto tempore animalia, carne viperina enutrita, viperæ virtutem in ſe recipiant.

Cap. 42.

De multiplici Præparantium (quæ ſunt ſyrupi aquæ, & ſimilia) ſpecie, pro cauſarum varietate in Podagra.

Cap. 43.

De corroborãtibus pro diuerſitate cauſarum Podagræ.

Cap. 44.

De Alterantibus (è quorum numero Serum, China, & ſimilia) pro cauſarum Podagræ varietate.

Cap. 45.

Vtrum ſtupefaciẽtia Podagræ curationi conueniant.

Cap. 46.

De omnibus extrinſecis remedijs ad Podagræ curationem, quare de Epithematibus, de Embrochis — de Emplaſtris — de Ceratis — & alijs huiuſmodi pro Podagræ cauſarum varietate.

Cap. 47.
Arcana peculiaria Podagræ curationi mirificè conducentia pro cauſarum varietate.
Cap. 48.
De Amuletis, & Periaptis pro eiuſdem adminiſtratione.
Cap. 49.
De Aere eligendo in Podagræ curatione, & vtrum alterari debeat, & quibus, habita ſemper ratione diuerſarum illius cauſarum.
Cap. 50.
De Potu ordinando in varijs Podagræ temporibus, varijſq; cauſis.
Cap. 51.
Vtrum vinum ſit concedendum pro Podagræ curatione.
Cap. 52.
Vtrũ aqua Podagra laborantibus obeſſe poſſit.
Cap. 53.
De ciborum ſpeciebus pro remouenda Podagra ſecundum illius cauſas.
Cap. 54.
De Inanitione, ac Repletione pro dicto morbo eijciendo.

Vtrum

Cap. 55.

Vtrum prandium, an vero cœna plenior in Podagrica affectione.

Cap. 56.

De Motu, & Quiete ordinandis pro dictæ affectionis curatione.

Cap. 57.

De Somno, & vigilia in eiuſdem curatione.

Cap. 58.

De animi accidentibus fugiendis, vbi adeſt Podagra.

INDEX CAPITVM
Quæ in Quarto Libro continentur.

Cap. 1.

DE Floribus, qui etiam Fumi nuncupantur, de Liquore, Spiſſamento, Butyro, & Puluere ad auxilium Podagræ, productæ ab aere auſtrino catarrhum calidum excitante.

Cap. 2.

De Floribus, Aqua, Liquore, Butyro, & Puluere in remouenda Podagra, cauſata ob aerem aquilonarem catarrhum frigidum inducentem.

Cap. 3.

De Oleo, Quinta eſſentia, & Spiſſamento, vt inſeruit curationi Podagræ à crapula excitatæ.

Cap. 4.

De Aquis, & Spiſſamentis, Balſamis, & Butyris pro Podagra, ob intemperiem ſine materia, & ob flatus procedente.

Cap. 5.

De Liquoribus, Spiritibus, Extractis, Pulueribus, & Tincturis pro Podagra ex humoribus Sanguineis, — Biliofis, — Pituitoſis, — & Melancholicis; — Simul etiam coniunctis.

Cap. 6.

De Salibus, Pulueribus, Quintis eſſentijs, tanquam alexipharmacis, pro Podagra ex cauſa maligna, & venenoſa.

Cap. 7.

De Oleo, Balſamo, & Butyro in Podagra, ſiue fluat ab imbecillitate pedum ex accidenti; ſiue à Parentum ſemine.

Cap. 8.

De Arcanis diuerſis pro Podagræ cauſarum diuerſitate.

INDEX

INDEX CAPITVM
Quæ in Quinto Libro continentur.

Cap. 1.

VTrum nobilius, & vtilius ſit præſeruare à Podagra, an verò eandem curare.

Cap. 2.

De multiplici Spagiricorum remedio ad Podagram impediendam.

Cap. 3.

Vtrum Remedia, quæ pro Podagræ curatione ſunt adducta, præſeruationi ſint proficua.

Cap. 4.

Vtrum præſeruatio à Podagra in rerũ ſolummodò non naturalium obſeruatione conſiſtat.

Cap. 5.

De Aere alterando (quando fuerit opus) in

Digitized by Google

præſeruandis hominibus à Podagra.

Cap. 6.

De Cibo, & Potu quo ad Subſtantiam, Quantitatem, Qualitatem, Tempus, & ordinem.

Cap. 7.

Vtrum Carnes, an oua ſint vtiliora pro præſeruandis hominibus à Podagra.

Cap. 8.

An cibus potum ſuperare debeat, an è contra.

Cap. 9.

Vtrum Aquæ potus continuus homines à Podagra liberet.

Cap. 10

Vtrum Vinum (dum conceditur) ſit alterandum, & quibus ſimplicibus.

Cap. 11.

De Inanitione, & Repletione, quatenus ſunt Podagræ auxilio.

Cap. 12.

De Motu, & Quiete, vt Podagræ vtilibus.

Cap. 13.

De Somno, & Vigilia, & vtrum maius vitium ſit in alterutrius exceſſu pro Podagræ præſeruatione.

De

Cap. 14.

De Animi accidentibus fugiendis, & quomodo.

Cap. 15.

Vtrum Euacuationes, & Purgationes ſint neceſſariæ illis, qui velint à Podagra præſeruari.

Cap. 16.

Vtrum in præſeruatione (ſicut etiam in curatione) ſanguinis miſſio debeat medicamento purganti præcedere, an è contra.

Cap. 17.

Vtrum venæ ſectio, antequam Sol attingat primum Arietis, aut Libræ punctum, ſit facienda ad Podagram præcauendam.

Cap. 18.

Vtrum hirudines ſint ante Ver, & ante Autumnum adminiſtrandæ.

Cap. 19.

Vtrum Cauterium tale beneficium afferat, Sicut inuſtio ferro candente facta.

Cap. 20.

Vtrum medicamenta purgantia ſint huius naturæ,

turæ, vt homines à Podagra præſeruare poſſint.

Cap. 21.

Vtrum huiuſmodi purgantia ſint futura ſingulis quindecim diebus, vel ſingulo menſe, vel vnica tantum vice, & Quæ talia.

Cap. 22.

De antidotis pro præſeruandis hominibus à Podagra.

Cap. 23.

De modo, & vſu Viperarum præparandarum; quæ ſint Podagræ præſeruationi proficuæ.

Cap. 24.

An Caro Viperæ præparatæ Podagroſis multò magis proſit, quam eiuſdem Sal Spagiricus.

Cap. 25.

An eſus animalium carne Viperina nutritorum ad Podagræ præſeruationem proſit.

Cap. 26.

Vtrum Errhynis vtendum in præſeruandis hominibus à Podagra.

Vtrum

Cap. 27.

Vtrum maſticatoria ſint adhibenda pro præſeruatione à Podagra.

Cap. 28.

Vtrum victus debeat eſſe in Podagræ præſeruatione (vt etiam in curatione) plenus, an verò tenuis, an deniq; mediocris.

Cap. 29.

Vtrum Ptiſanæ vſus tantæ ſit vtilitati hominibus, vt à Podagra non offendantur.

Cap. 30.

Remedia, quæ hactenus ad Podagræ curationem fuerunt exhibita, qua ratione Chiragræ, Iſchiadi, Gonagræ, & alijs morborum articularium ſpeciebus conueniant.

Digitized by Google

AVCTORES
Græci, Arabes, ac Latini.
Quorum ope vſi ſumus.

INTER GRAECOS.

ACtuarius filius Zachariæ.
Aetius.
Alexander Aphrodiſeus.
Alexander Trallianus.
Aretæus.
Ariſtoteles Stagirita.
Aurelius Cornelius Celſus.
Caſsius Medicus.
Cornelius Celſus.
Galenus Pergamenus.
Hippocrates Coi.
Ioannes Grammaticus.
Nicolaus Myrepſus Alexandrinus.
Oribaſius Sardianus.
Paulus Aegineta.
Philaretus.
Q. Rhemnius.
Q. Serenus.
Ruffus Effeſius.
Scribonius Largus.
Sextus Phil. Platonicus.
Themiſtius.
Theophilus.
Theoprhaſtus.

INTER ARABES.

AVicenas.
Auerroes.
Abbas Abubacher.
Algazel.
Alpharabius.
Auempaces Hiſpanus.
Auenzoar, qui & Soar.
Euax.
Haly, ſeu Halyabbas
Ioannes Meſue.
Ioannes Serapion.
Iſaac.
Raſis.

INTER LATINOS DENIQVE.

ALbertus Magnus.
Alexander Maſſaria.
Andreas Gallus Tridẽtin.
Andreas Laurentius.
Andreas Taurellus.
Andreas Veſalus.
Antonius Cermiſanus.
Antonius Ludouicus Medicus Olyſipponenſis.
Arnoldus de Villanoua.
Baldus Angelus.
Baptiſta Codronchus.
Bartholomæus de Montagnano.
Benedictus Curtius Symphorian.
Benedictus Victorius.
Bernardinus Caius.
Bernardus Garzonius.
C. Plinius.
Camillus Baldus.
Conſtantius Varollius.
Cornelius Ghirardellus.
Donatus Antonius Altimarus.
Donatus Antonius Ferrus.
Donatus Marcellus.
Epiphanius Ferdinandus Meſſa-

Meſſapienſis.
Euonomus Filatrus :
Euſtachius Rudius Vtinenſis.
Franciſcus Colutius.
Franciſcus India.
Gaſpar Taliacotius.
Geber Alchemiſta.
Guainerius.
Hieronymus Capiuaccius.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Fracaſtorius.
Hieronymus Manfredus.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Rubeus.
Horatius Augenius.
Ioannes Andernachus.
Ioannes Antonius Maginus.
Io. Baptiſta Porta.
Io. Colles Bellunenſis.
Io. Cottunius.
Io. Hasfurtus.
Leonardus de Florauantis.
Marſilius Ficinus.
Michael Sauanarola.
Montanus.
Nicolaus Medicus.
Oſualdus Crollius.
Petrus Andreas Matthiolus.
Petrus Caſtellus.
Petrus Paulus Pereda.
Philippus Mullerus.
Proſper Alpinus Maroſticenſis.
Raimundus Lullus.
Reinerus Solenander Budericenſis.
Rodericus à Fonſeca.
Stephanus Riuerius.
Thadæus Florentinus.
Thomas Eraſtus.
Thomas à Vega.
Vegetius Renatus.
Zacharia Vicecomes.

De varijs Podagræ ſignificationibus. *Cap. I.*

VIdetur quidem Podagra non ſimpliciter dici, & licet in ipſa ſit ὁμωνυμία, cuius meminit Hippocrates attamen eſt è numero illorũ ęquiuocorum, quæ ab Ariſtot. nuncupantur ἀπὸ ἑνὸς τὶς ἕνα ab vno ad vnum, quam doctrinam con firmat Gal. in com. Hipp. de vic. ratione in morb.ac. quod æquiuoca ſint in multiplici diſcrimine; ſunt enim,& ſimpliciter dicta, & analoga, & tranſlata ſecundum proportionem ex Suida in voce Podagra, ſignificante tendiculas, quibus venator feras capit,& auceps aues pedibus detentas,allegat enim dicti cuiuſdam nomine ſuppreſſo in hunc ſenſum, quod iecerit ferramenta con tra hoſtes,tanquam contra feras, & podagras,

De affec. Cap. 4.

2. diu. Cap. 3.

Com. 3.

ras,quibus ſcilicet pedes configerentur,ex quo nomine putādum eſt podagroſos fuiſſe vocatos Loripedes, tanquam pedes illigatos in loris habentes, & Pollux lib. 5. id
Cap. 4. tendicularum, (quas vocat ποδαγρείας) genus pro ceruis capiendis affirmare docet. Quocirca hæc podagræ dictio haud erit è numero illorum æquiuocorum, ſic ſimpliciter enunciatorum, vt ea, de quibus Ariſt.
Cap. 1. in antepraedicam. ſed vtcunque ſe habeat talium dictionum ſpecies, prius eſt diſtinguenda, quam definiēda, iuxta præceptum
T. 110. ab eodem Ariſtot. traditū primo cæl. quam ſententiam confirmat, comprobatq; Gal. 2. de difficult. reſpirat. & ſecundo de differen-
Cap. 3. tijs pulſuum. Ad hæc, podagræ nomen animaduerto, interdum ſumi pro callo iuxta pedum articulos, vt innuit Gal. 7. & 10. de comp. medic. per genera. qui calli, vel ab oſſis excremento fiunt ex Andreæ Laurentij opera anatomica, vnde in oſſium fractu ris obducitur ex Hipp. necnon ex Gal. 5. de
Cap. 6. loc. aff. interdum pro morbo articulari, qui ab Aretæo ἀρθρῖτης idque facilè, tum quia in
C. 3 pedibus varię ſunt artuum, ſeu articulorum ſtructuræ, vt ſenſui patet: tum quia morbus arti-

articularis eſt ſimilis podagræ, vt & Iſchiadi, ex Gal. lib. medicus: accedit, quod podagra, vt & morbus articularis, conſimili curatione curatur, Hieronymi Mercurialis doctrina in ſuo tractatu de Podagra, interdum ſumitur, pro pedũ afflictione, ex qua dolores, doloreſq; inſignes, & hi vel cum tumore ſimul cum rubore, vel abſq; tumore producũtur; huiuſmodi autem dolorum meminit Auicennas lib. 3. fen. 22. tr. 2. *Cap. 3.* *Cap. 5.*

De varijs Podagræ nominibus. Cap. II.

POdagra in ſenſu propoſito ad pedum articulos ægre ſe habentes contracto non vnico ſemper nomine nominatur, ſed eſt ex i js, quibus varia ſunt nomina à Simplicio, & ali js enarratoribus Ariſtotelis in Metaphyſica πολυώνυμα, ideſt multiuoca nuncupata, quorum mentionem faciunt Alexander Aphrodiſeus, Ariſtoteles in prædicamentis. Methodi ſanè ratio poſtulare videtur, vt à nominibus, & non à rebus *Cap. 1.*

exor-

exordiri debeamus ex Gal. in com. Hipp.
Tex. 1. de natura humana com. 1. cuius cauſam re-
Cap. 1. fert Galen. in lib. 6. de decr. Hipp. & Plat. eſtq́; , vt omnia definita poſſint eſſe in promptu, ſublata multiplicitate circa vnū, & idem, intelligentiam interturbante.

Sed ex oppoſito initium potius à rebus eſſe faciendum, non autem à nominibus
Cap. 2. deſumitur ex Gal. 14. meth. med. cuius cauſa eſt, nam multiuoca, vt & diuerſiuoca potius ad ornatum pertinent, Simplicij do-
Cap. 1. ctrina in Ariſtotelis prædicamentis, quare oratorum, vel poetarum conuenientior eſt aſſignatio, quandoquidem varia rerum nomina ipſos auditores conturbant, retardāt, confunduntq́;, rei quamprimum attingen-
C. 2. dæ cupidos, Galeni doctrina de difficult. reſpirat. Quid autem? numquid in contradictione Galenus ſinendus? non certè, ſed animaduertendum eſt, Autorem diuerſimode ſibi proponentem auditores docendos, etenim dum vult alios docere ad propoſitam diſciplinam ruditer accedentes, nunquam nō à nominibus exordiri debet:
Tex. 4. teſte Galeno in com. Hipp. de natura humana, ſolent enim accedere imbuti ſolis gram-

grammaticalibus, dicente Ariſtot. in proemio phyſicorum, quod ita ſe habent nomina ad rationem, vt pueri, qui prius appellant omnes viros patres, & fœminas matres, poſtmodum procedente notitia diſtinguunt, & rem attingunt, ſic exordiendum eſt à nominibus, priuſquam à rebus, & ita ſenſit Gal lib. 6. de decr Hipp. & Plat. dum autem ſcriptor ad ſe ipſum reſpiciens, qui rem callet, atque ad eos, qui in præcognitis nomina habēt, vt triangulum, quod hoc ſignificat vnitatem, quod hoc ſignificat, & quid eſt quale eſt, quod ſibi propoſuit Ariſt. in primo poſt. tunc à rebus exordiri præſtat, non autem à nominibus, quam *T. 2.* doctrinam tradit Gal. in com. Hipp. de fracturis. *Com. 2.* Item in alicuius tractatus expoſitione vel ſecundum methodum imperfectam, tunc à rebus, & non à nominibus: vel ſecundum methodum perfectam, tunc à nominibus, & non à rebus. Galeni doctrina *Cap. 2.* lib. 14 meth. med.

Cæterum nomina vt *τὰ κοινὰ*; ideſt communia, ſeu æquiuoca, tunc per tradita à Galeno primo de temperam. *C. 2.* confundunt, retardant, conturbantq; auditores; atuero

nomina, vt ἴδια, ideſt particularia, vniuo-
caq́; haudquaquam auditores confundunt,
Cap.2. retardant, conturbantq́; ex Gal. ibidem.

Addo ipſe, nominum alia ſunt vſitata,
& hæc nunquam auditores confundunt,
alia vero inuiſitata, & hæc ſecundum
Galenum in com. Hipp. de victus ratione
in morbis ac. com.4. auditores cōfundunt.

T.18. Remota itaq; huiuſmodi contradictio-
ne animaduerto, podagram nuncupari græ
cè ποδάγραν, ποδαργίαν, ποδαλγίαν, & ποδά-
γρην, quam nominum diuerſitatem eo potiſ
ſimum expendendã duxi non tam propter
græcè in huius nominis inflexione varieta-
tem, quam propter nos Italos, qui appella-
mus podagram (*la gotta*) & homines illa
captos (*podagroſi, e gottoſi*) affinitate no-
minum, quæ παρωνυμοσία dicitur, contin-
gente inter podagram, & apoplexiam, qua-
rum vna italicè vocatur (*la gotta*,) altera
vero (*la goccia*.) Ego antem malim appel-
lari, vt Euſtratius ait, pedum dolorem, vel,
vt Reinerus Solenander in ſuis cōſilijs me-
Sect.5. dicinalibus, pedum laborem; vel vt Gal. in
6.aph. com Hipp. vel vt Hyppolitus Obijcius in
28. ſuo conſilio pedum capturam, vel vt Ara-
bes

bes pedum artuum dolorem vel vt Franciſcus Alumnus ſub dictione guttæ pedũ artrithim, quia denominatione, ſic retenta voce Cicero ad Pętum vocauit coquum artrithicum,& Dioſcorides lib. 1. artrithicos, & podagricos ſimul iunxit. *De Podagra.* C. 101.

De illis, quæ à Podagra denominantur. Cap. III.

ANdreas Thurinus de fluxus muliebris curatione, ſibi perſuadet à podagra fuiſſe denominatos Podagros. Thraciæ populos, podagra maximè laborantes, cum dictæ Thraciæ Ciuitates, vt & Athenarum ex Baptiſta Codronchio de morbis vulgaribus, necnon Roma, vel ſaltem maxima illius pars podagræ morbo laborant, propter eã causã, quòd harũ Ciuitatũ cœlum, ſeu aer partes corporis humani inferiores ad ſuſcipienda à ſupernis recrementa reddit aptiſsimas, ex Io. Zechij cõſequinimmo reddit mortales fluxiones, & maxime ad crura, quare & ad pedes perpetuo obnoxios; vnde in vrbe adagium illud italicum (*guarda la gamba*) ex eodem Ze- *Nu.* 19.

 chio

chio in ſuis conſ. Accedit, quod eſt deſtil-
Nu. 24. lationum auctor. apud eundem conſ. eſt & altera cauſa; nam humores, ab habitan-
Nu. 89. tibus in huiuſmodi Ciuitatibus, in multa copia generantur, & defluut, humiditate videlicet cum calore dominante, ex humido enim generantur, ac ex calido de-
Lib. 6. de locis aff. fluunt. Galeni doctrina. Cui opinioni ego non planè repugnarem, neq; protinus aſſentior, licet videam paſsiones morborum, quandoq; transferri ab hominibus in morbos, itaque nuncupari morbum comitialem, ab Hercule Herculeum; quandoq; in gentem, vt luem veneream appellari morbum gallicum, ita facilè dixerint morbum Thracium, morbum Podagricum, non (inquam) protinus aſſentior, quoniam licet Podagra, & Podagri eodem modo incipiāt, & differant in caſibus deſinentia, denominatiuorũ regula, & natura ex Am-
Cap. 2. monio in antepræd icamentis Ariſtotelis attamen à podagra non ſunt denominandi populi, ſed affectiones, quare à podagra podagroſi, vel podagrici, vt colligitur ab
Cap. 2. Ariſtot. in ante prædicamentis, & ex Ammonio in com. cæterum Proſper Alpinus

in

in tractatu de Podagra videtur à podagra denominari claudicantes, ſeu afflictos in pede, quam certè ſententiam in hoc haudquaquam approbamus, cum denominans, & denominatum haud eodem modo incipiant, præceptum à Porphirio traditum in com. Ariſtotelis prædicamentorum. Non inficias poſtea itur, quod & dictus Andreas, & Proſper Alpinus defendi poſſent, præmiſſa tamen denominatiuorum diuiſione, ſeu diſtinctione, quandoquidem denominatiuorum ex Auerroe in com. Ariſt. alia ſunt ſecundum vocem tantum, vt à Podagra podargi, perinde ac ab officio officioſus: & ita Proſper Alpinus ſenſit: alia vero ſecundũ rem tãtum, vt à Podagra claudicans, ſeu in pede afflictus, vti à virtute ſtudioſus: & ita dictus Alpinus articularium vocat Plautus coniungens cum podagrico, ait enim nec podagricus eſt, nec articularius eſt. Alia tum ſecundum vocem, tum ſecundum rem ſimul, & tunc à podagra podagroſus, ſeu podagricus perinde ac à iuſtitia iuſtus, cum non ſolum eodem modo incipiant, differantq; in caſus deſinentia, ſed etiam rem vnam explicitè præſeferant; 2. top.

pro-

propriorum denominatiuorum eſſentia, proprietateq́; ſecundum Ariſtotelem in
Cap. 2. antepraedicamentis.

De nominali Podagrae definitione. Cap. IIII.

OMnis rectè inſtituta methodus debet à definitione proficiſci, quod ſumitur ex Platone in Phedro, confirmatur à Cicerone de officijs, vterq́; enim reprehendit eos, qui rei, de qua tractandum proponitur praeuiam definitionem praetermiſerint: Lyſiam quidem Socrates, Panetium autem Cicero, quare quinque voluerit in aliqua tractatione per congruos tramites incedere ipſum oportet expoſuiſſe in primis rei propoſitae definitionem, & quid eſt.

Quoniam verò definitio eſt duplex, altera nominis, rei altera, & per nomen ad rem promptior eſt tranſitus, ignorataq́; nominum vi neceſſe eſt in toto negocio caecutire, ſcrutari oportet etymologiam, expreſſam à Galeno per quid nominis, ſeu
Cap. 1. per notionalem definitionem graecè ὀνομα-
Cap. 2. θικὴν in arte medicinali, & lib. 4. de differentijs

rentijs pulſuum, vt ſubinde promptius ad eſſentialem definitionem pateat acceſſus; ita enim fiet, vt per quamcumque rectam procedendi viam author proficiſcatur, ſiue illa fuerit Hippocratica, quæ dicitur demonſtratiua, eſt enim definitio principiũ demonſtrationis ex poſterioribus analyticis, ſiue Platonica, eaq; diuiſiua; nam definitio conſtat genere per differentias diuiſiuas contracto ad ſpeciem definitam, ſiue etiam Ariſtotelica, quæ compoſitiua; componitur enim definitio ex genere, & differentia ſpecifica, tanquam ſpecies ex materia, & forma expreſſa, vt apud Ioannem Zechium in ſuis conſilij, per quid rei, ſeu per quiditatem, vel per alicuius rei formam, ex Reinero Solenandro in ſuis conſilijs, vel per ſpeciem, ex Hieronymo Cardano in ſua arte parua curandi. Quæ quidem eſſentialis definitio cum debeat exhibere notitiam, ſeu cognitionem rei propoſitæ per quiditatem, ſeu formam differt ab antecedente, quia nominalis definitio per accidentalia tradi poteſt, vt cum dicitur ſecundum Latinos, homo ab humo, & ἄνθρωπος ſecundum Græcos παρὰ τὸ ἄνω ἀθρεῖν, quod eſt

l.1.& 2.

cap.3.

eſt ſurſum aſpicere ex Platone in Cratylo, ſed quiditatiua inhæret ſubſtantialibus, & ſpecificis ſolis, neque accidentia commiſcet, ideo Hieronymus Cardanus ait, ex primi per ſpeciem, non ſanè, vt aiebat Plato de natura. dial. Timæus. transferens ſpecies ad ideas, ab ideis enim, quas paſsim reprobat Ariſt. in omni philoſophandi genere, non eſt ſcientia, ſcientiæ vero in hoc tendunt, vt ij, qui res natueales definiunt, naturaliter intelligant, hæcq; cenſentur eſſe illa, quæ ſecundum Hipocratem via demonſtratiua, & ſecundum Platonem via diuiſiua; tandem ſecundum Ariſtotelem via compoſitiua venatur. Thomas de Vio, in 2. poſt Ariſtotelis.

Podagra igitur quo ad quid nominis, ſeu quo ad eius ἐτιμολογίαν, ſtatuitur eſſe captu-
cap. 2. ra, ſeu vitium in pedibus, ex Gal l. 2. meth. med. quandoquidem podagra eſt dicta ἀπὸ τῆς τῶμ πωδωμ ἄγρας, quæ quidem pedum captura, ſeu quod vitium, ſeu qui morbus eſt à læſa particula denominatus, vt ἀρθρίτης omnium artuum, ſeu articulorum vitium. συαγωνάγρα poſtea, maxillæ vitium,
l. 1. c. 1. morbuſuè ex Franciſco Indio de podagra.

τρα-

τραχυλάγρα, ceruicis vitium, ex Alexandro Tralliano, ῥαχισάγρα, ſpinæ dorſi vitium, ex Cornelio Celſo, ὠμοσάγρα, articuli humeri cum ſcapula ex Caſſio Medico κλεισάγρα, articulorum clauis, ſeu iuguli, ex Hippocrate πηχυσάγρα, cubiti vitium, ex Nicolao Myrepſo, χειράγρα, manus articulorum vitium, ex Aretæo, ἰσχίας, coxæ articuli vitium, ſeu captura, ex Galeno κοτάγρα, genu articuli vitium, ex Hippocrate AEgritudines autem ſumunt nomina diuerſimode, aut enim à membris, in quibus ſunt, vt præter podagram Arthritis, Ophtalmia, Cephalalgia, Pleuritis, Peripneumonia, Nephritis, Iſchias, Dyſenteria, teſte Galeno 2. methodi med. Aut à Symptomate, vt Ileos, Tineſmos, Spaſmos, Palmos, Tromos, Paralyſis, Apepſia, Dyſpnæa, Apnæa, Agrypnia, Paraphroſyne, & Coma. Aut ab ambobus ſimul, vt Otalgia, Cardialgia, Odontalgia, Hyſteralgia. Aut à cauſa putata, vt Melancholia, Leucophlegmatias, hyderos. Aut à ſimilitudine, vti Elephas, ſeu Elephantiaſis, Cancer, Polypus, Staphyle, Leuce, Myrmecia, Atheroma, Staphyloma, Cap. 2.

Ibidem. ma, Meliceris, Anthrax, Alopecia, Ophiaſis, Sycoſis, Satyriaſmi, & Priapiſmi. Aut à ſui ſubſtantia, ſeu forma, vt febris,
Cap. 8. ex Auicenna lib. 1. fen. 2. doctr. 2. Quoniam autem haud ſufficit enunciare aliquid, hocq; probare, verum etiam oportet dubitationibus, quæ contra enunciationes adduci poſſent, occurrere: propterea ſi quis contra Podagræ etymologiam adduceret Galenum lib. 2. de decr. Hipp. & Plat. iudi-
Cap. 2. cantem reprehenſione dignum Chryſip-
Dubitatur. pum, etymologia in rebus vtentem, tanquam eum, qui id præſtat, vt rerum veritati contradicat, & non raro mentientibus magis, quam vera dicentibus atteſtetur.

Reſp. Reſpoodeo ipſe, quod Galenus dum reprehendit Chryſippum, id non exequitur ſimpliciter ob ipſius ſcilicet etymologiæ vſum in rebus, ſed quia Chryſippus dicta rerum etymologia non pro nominum deriuatione, ſed pro rerum ipſarum ſubſtantia, ſeu eſſentia vtebatur, & ita colligitur, ex Galeni verbis loco proxime citato.

De

De reali Podagræ definitione. Cap. V.

IAm deuenimus ex nomine ad rem, ex accidentibus ad ſubſtantiam; ſumendo hoc loco id nominis, vt ſumitur ab Ariſtotele in modis per ſe, de quibus primo poſt. dum ſcriptum reliquit lineam eſſe de trianguli ſubſtantia.

Podagra igitur quo ad eius ſubſtantiam quid eſt? Non placet Hieronymus Mercurialis in tractatu de podagra, vt dicatur dolor articulorum in pedibus, ſiquidem morbum, illiuſque naturam, & eſſentiam poſthabens negligit, & prætermittit, cum dolor ſit non affectus præter naturam, ſed ſymptoma, ex Galeno 3. meth. med. Sed neq; etiam probatur mihi penitus Franciſcus India in proprio tractatu de podagra definiens podagram eſſe materię excrementitiæ defluxum, quoniam huiuſmodi defluxus non eſt in ipſa Podagra genus, ſed differentia, quam ſcribentes de rerum definitionibus ponunt poſt genus, voluntq;

Reprob. Mercur.

C. vlt.

Reprobatur. India.

huiuſmodi differentias eſſe diuiſiuas, & conſtitutiuas, quare ſpecificas, vt Porphyrius in prædicabilibus. Itaque ex his duobus in re medica præcipuis alter mihi videtur ſumpſiſſe accidens, quod conſequitur rem conſtitutam in ſpecie, cum dixerit eſſe dolorē loco generis: alter ſumpſiſſe differētiam, & cauſam potius, neuter attigiſſe videtur genus, quod eſt in definitione anteponendum, & propterea quo ad Mercurialem ſequitur, quod Podagra poſſit eſſe ſine ſuo genere: ſiquidem poteſt quis carere dolore, vt contingit per interualla temporum, & quo ad Indiam, quod ſpecies definita non exiſtat, genere iam exiſtente; Quia defluxus ille materiæ excrementitiæ ſit in eſſe, & non dum podagra.

Quod ſi mihi probandum fuerit ex his nominibus vnum magis, quam alterum, probabitur magis defluxus: faciet enim ad eam definitionem, conſideratam ab Ariſtotele in 2. de anima, quam vocat cauſalem, oportet enim definitiuam rationem, vt ait Ariſtoteles loco citato, non ſolum oſtendere quod eſt, ſed cauſam illi ineſſe, & apparere. Defluxus autem eſt podagræ cauſa

cauſa materialis, tales autem definitiones, quæ dantur per materiam, ſunt communes, & competentes aliis à definito, niſi approprientur per cauſam formalem, ſicuti ſi diceretur. Ira eſt ſanguis accenſus circa cor, eſſet imperfecta definitio, quæ etiam competere poſſet febrili accenſioni. Sed perficitur, & contrahitur per id, quod ſit per appetitum vindictæ. Definitio enim habet dicere, quid ſit res formaliter, non autem ex quo ſit materialiter: Defluxus autem huiuſmodi attinet ad cauſam materialem, ſed non eſt podagricus, niſi cum primū contractus fuerit morbus ex fluxione. Sed certe Podagra eſt morbus, à Proſpero autem Alpino ſub nomine paſſionis, ab Hipp. ſub nomine affectionis, affectuſue, idq; appropriatius, nam Morbus, paſſio, & affectus, ſeu affectio ſunt idem ex Gal. de differentijs morborum; non inficias tamen eundo, quod affectus ſit paſſio, iam facta; non autem quæ adhuc fit ex Gal. lib. de ſymptomatum differentijs. *6. aph. 55.* *cap. 8.* *cap. 1.*

Adhuc paſſio eſt alteratio, vel motus, dum eſt in fieri circa materiam. Affectus verò eſt alteratio in facto eſſe ſeu motus

poſt

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

cap. 8. poſt manens, vt ſcriptum reliquit Gal. de differentijs morborum.

Addo quòd Podagra interdum venit ſub nomine ęgritudinis ex Auicenna lib. 1. fen. 2. doct. 2. cap. 8. Podagra igitur eſt morbus, circa pedes, oriens, dolores ſubinde repetentes mouens, patientibus primò de articulationum locis, deinde circunſtantibus partibus omnibus vſque ad cutem propter humores defluentes, nec non propter flatus, dicta loca, & circunſtanties illas partes infeſtantes.

Eſt inquã Podagra (morbus) ex Hipp. de affectionibus cap. 6. & 6. aph. 28. nam ipſa eſt in genere affectus præter naturam, nec non eſt functionẽ lędens, quod vtrumque requiritur, vt morbus conſtituatur ex

cap. 2. Galeno de differentijs ſympt.

Quare ad differentiam cauſæ morbi, atque Symptomatis, quæ tria ſunt in rebus extra naturam, ſeu præter naturam ex Gal.

cap. 2. lib. de oculis.

(Circa pedes oriens) ex Auicenna lib. 3.

Tr. 2. fen. 22.

cap. 5. Si quidem Podagra ſolos pedes affligit

cap. 13. ex Gal. lib. (Medicus) inſcripto.

Ad

Ad differentia aliorum morborum alias noſtri corporis partes occupantium, de quibus particulariter tractat Vidus Vidius.

(Mouens dolorē) ex Gal. in com. Hipp. de natura humana com. 2. *text. 7.*

Mouet autem dolorem huiuſmodi morbus, quoniam inducit, vel intemperiem, vel malam compoſitionem, vel continui ſolutionem, ob has nanq; cauſas omnes, vel ob vnam ex his dolores inducuntur ex Gal. lib. 2. de loc. aff. *cap. 7.*

Additur ad differentiam aliorum morborum circa pedes, qui ſunt dolores non mouentes, de quibus locutus eſt Paulus AEgineta in arte medendi.

Additur (ſubinde repentem) ex Mercuriali de Podagra. Eſt poſtea repetens, vt æger vſque ad quadraginta dies, atque interdum plures perdurare poſſit, ex eodem Mercuriali, & ad differētiam alicuius morbi, circa pedes mouentis dolores cōtinuos, quorum meminit Victor Trincauellius de ratione curandi particulares corporis humani affectus.

(Patientibus primo locis de articulationem, deinde circunſtantibus partibus omnibus

c. 49. nibus vſque ad cutim) ex Hipp. 6.aph.

Siquidem vbi fit Podagra, compatiuntur primo pedum dearticulationes, deinde verò ſingulæ, vel aliquæ pedis partes, quæ ſunt muſculi, vincula, membranæ, tendones, ac deniq; nerui ex Franciſco India de Podagra.

Ad differentiam poſtea illorum morborum, qui circa pedes oriuntur, atque dolorem mouent, ſed poſtea non compatiuntur articulationum loca, neq; coniunctim, neq; diuiſim pedis circunſtantiæ vſque ad cutim, cuiuſmodi morborum meminit Chriſtophorus à Vega de arte meden.

c. 28. (Ob humores defluentes) ex Hippocr. 6.
aph. Vt enim fiat Podagra requiritur hu-
ibidem. morum defluentia ex Hippocr. Quare
ad differentiam eorum morborum circa pedes orientium, abſque humorum defluentia, ſed ob humores, ibi congenitos, vel tranſmiſſos, vel aliqua alia cauſa, de quibus tractat Andræas Laurentius. Nec non ob flatus dicta loca, & circunſtantias petentes, ex Franciſco India de Podagra expreſsè, ac tacitè ex Gal. in com. Hipp.
c. 49. 6.aph.

idq; nam & flatus dolores inducunt ex Gal. de cur. ratione per ſanguinis miſſ. quare ad differentiam humorum, qui dolores, & mul to grauiores afferunt ex Galeno in com. Hippoc. de morb. vulgaribus. Hanc autem Podagræ definitionem eſſe rectè traditam, opinamur ex hoc, quod in ipſa nil ſuperfluè, nihilq; diminutè continetur, accedit ſingularũ podagræ particularum, ſeu dictionum adaptatio, vt pote, quę cum ipſa podagra ſecundum rationem conuertuntur, vt vnicuiq; per expoſita facile innoteſcere poteſt; Tandem podagræ definitio eſt à nobis tradita per genus, & differentias, non quidem communiter, neq; propriè ſolum; ſed etiam maximè propriè, quare & per diuiſiuas, conſtitutiuaſq;, vnde & per ſpecificas, quæ tria omnino reperiuntur in rectè tradendis ſingularum rerum definitionibus Ariſt. Doctrina lib. 2. Poſter.

Cap. 4. *com. 1. tex. 10.* *cap. 3.*

De Pathognomonicis Podagræ ſignis. Cap. VI.

PODagram incipientem, & pro foribus, (vt dici ſolet) pronuntiant, quæ à Galeno

c. 1. t. 4. leno in primo Prorrhet. Hippocratis nuncupantur ſigna, ſeu inditia, & à Claudio Darioto in ſuo tractatu de Podagra ſignificationes, græcè autem γνωρίσματα. Sunt Loc. cit. autem ex Galeno, dolor abſque cauſa externa in pedum nodis, ac maxime pollicis cum ambulandi impotentia, vel difficultate; & cum pedis inquietudine, liuor torporue, qui ſępe accedit ex Hieron. Mercur. in ſuo tr. de Podagra. Verum enim vero ſecundum Auicennam huiuſmodi podagræ ſignum in viris eſt, vt teſticulorum oſſea in podagram patiētibus prolongentur. Hæc autem podagræ ſigna ſunt illius propria propriè, vt quæ ſoli, omni, ac ſemper competant, quæ quidē nuncupantur à Galeno παθογνωμονικά, vt quæ affectus eſſen- cap. 5. tiam conſtituant, & ab affectu ſeparari nequaquam poſſint, vt interpretatur Gal. in c. 3. tex. 34. lib 3. Hippoc. de morbis vulg. quod idem ſub alijs tamen dictionibus confirmat Ga- c. 1. t. 4. lenus in primo Prorrhet Hippoc. Addere mihi placet, quod in praxi præter dicta ſigna in Excellent. viro, & Illuſtriſs. quadā muliere N. ingentem pedis totius, ac aliquando vtriuſq; calorē abſq; cauſa obſeruaui.

De

De parte in Podagra affecta. *Cap. VII.*

IN morbis curandis, quanti faciendæ ſint partes affectę, tradit Gal. 1. de decr. Hippocr. & Plat. vbi medicos oportet ſe ipſos exercere in locorum affectorum notitia, quinimmò eos primò, & principaliter inueſtigare, idem Gal. lib. 4 de comp. medic. ſecundum locos, ob id mea omnino refert imprimis partem in podagræ morbo affectam nouiſſe, ac inueſtigaſſe: Porrò ex corporis humani partibus aliæ ſunt primariæ, Cor, Hepar, Cerebrum, & Teſticuli, ex Galeno in arte medicinali, quæ quidem licet dici non poſſint partes in Podagra affectæ, ſed potius afficientes, propterea quod exinde tanquam è ſcaturigine defluit illa fluxio, quæ partes externas, & extremas afficit; nihilominus hæ partes principales, & intimæ ex eo tranſmittunt fluxiones, quia & ipſæ laborant propria aliqua intemperie, ſiue naturali, in primis qualitatibus non ita bene contemperatis, vt deberent, ſecundum naturã; ſiue aduentitia, vt quæ

Cap. 6. *Cap. 3.* *Cap. 9.*

prouenіant ex cibo, & potu, nec non ex motu intempeſtiuo, ſi enim hęc rectè, & ad ſimmetriā naturæ conſentaneā ſe habeāt, non generantur humores noxij teſte Hip-
lib. 4. cap. 6. poc. de Morbis. Sunt & aliæ partes in corpore minus principales, quæ homogeneæ, ſiuè ſimilares appellantur, quarum illud eſt præcipuum, vt in aliam ſpeciem diuidi nō poſſint, cum ſanguis, pituita, bilis flaua, atraq; ſint humores potius, quam partes corporis, niſi dicantur partes humorales, ſunt etiam hæ partes potius infectæ, quam partes affectæ. Qui quidem humores infecti, morbificiq; qualitate penetrādo partes corporis, eterogeneas, ſeu diſſimilares tranſmeando, ad extremitates, eas infirmant, & doloribus afficiunt, & ſic dicitur pars illa affecta ex fine, ac termino, quia ibi terminatur, & eò fluit fluxio, & pars illa morbo, & podagræ dolore afficitur, quod quidem contingit, aut in manibus, aut in pedibus (qui podagricis ſunt inualidiſſimi
c. 2. t. 5. ex Galeno in com. Hippoc. de natura humana) quæ partes ſunt corporis humani extremæ, & diſſimilares, vnde obtinēt nomen in manibus chiragræ, in pedibus poda

græ,

græ, & hæc eſt pars affecta, quæ ſiue appelletur particula affecta, vt apud Galen. in com. Hippoc. de vic. ratione in morb. ac. Siue locus affectus, locuſue patiens ex Gal. 2. decriſibus. Siue ſedes affecta, vt àb Auicenna, parum differt: ſedes quidem dicitur, quia ibi terminat fluxio eatenus inſenſibiliter permeat, ac veluti reſidet; Locus dicitur, quia in eo corporis loco tumores cõtrahuntur, & dolores perſentiuntur. Particula, quoniam id contingit circa paruos illos digitorum articulos, vt in pedis extremo, cuiuſmodi nomen pes, ſecundum ſe totum ſignificat diſſimilare illud conſtitutum ex varijs ſimilaribus, quod ab ima tibia ad extremos digitos continetur, vt & talum, & cálcem, & tarſum, & quæ ad eum pertinẽt oſſa carpo, manus reſpondentia, ex Stephano Riuerio lib. 1. de diſſect. corp. hum. & huiuſmodi pes à natura propter totius animalis actionem cum ſit factus, ex Galeno primo de vſu partium debuit eſſe conſtitutus ex varijs cõponentibus eiuſmodi eterogeneum, quò promptè moueri, & flecti valeat vt totam corporis molem ſuſtentaret, ac deferret, vt in labore perdurare,

cap. 4. *tex.* 27. *cap.* 8. *cap.* 24.

duraret, ac ſufficeret, & ideo conſtitutus
eſt pes, ex oſſibus, ex cartilaginibus. Ex-
tendinibus. Ex ligamentis. Ex mem-
cap. 7. branis, teſte Galeno 2. de anat. adm. Ex
cap. 3. neruis Gal. 16. de vſu partium. Ex venis,
cap. 7. & ex Arterijs lib. 2. de anat. adminiſtr. c. 7.
cap. 10. Ex muſculis lib. 3. de vſu partium. Ex pin-
cap. 8. guedine 13. de vſu part. cap. 8. & 4. de anat.
cap. 2. *cap. 6.* adminiſtr. cap. 2. Ex cute vera lib. 2. de vſu
ibidem. part. Tandem ex cuticula, quæ græcè ἐπι-
δερμίς, illa verò δέρμα. Si quis poſtea pe-
dis anatomiam (medicis non nomine tan-
tum, non re tantum, ſed nomine, ac re, ne-
cap. 6. ceſſariam teſte Galeno, tum primo de loc.
cap. 10. aff. tum tertio de loc. aff.) particulariter op-
cap. 7. 8. taret, adeat Galenum 2. de anat. admin. 4.
cap. 2. de anat. adminiſtr. 1. de vſu part. nec non
cap. 18. ſecundo de vſu partium; præter Carolum
cap. 7. Stephanum de partium diſſectione, præter
Ludouicum Vaſſæum in anatomen cor-
poris humani, præter Archangeli Pic-
colhomini prælectiones anatomicas, cum
haud iuuet aliorum labores, & fragmenta
hic compilare. Iam vero quid eſt, quod
obſtet ambulanti per ſemitas circumſcri-
ptas, aliquantiſper animi cauſa digredi,

&

& inſpicere, ſi quidem propoſito negotio conſentaneum reperiatur apud alios auctores, qui Medici non ſunt? Quod ſi alijs permittitur trahere ad ſuas intentiones illa, quæ ad medendi artem ſpectant, profecto non erit vitio vertendum Medico, dum illorum varia de rebus Medicinæ ſubiectis commenta percurrat, id quod ego curſim, raptimque faciam. Pedis vitium, quod eſt pedum corporalium transfertur ad animum, quando vitio detentus dicitur captus Podagra, vnde verba illa pſalmi. Angeli in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum; facit, vt (per Angelos) intelligere poſſimus bonas inſpirationes (per portare in manibus) bonas operationes (per pedes, qui nõ offendant ad lapidem) affectus partis inferioris, quæ ſenſualis eſt, ne claudicent in via recta. Sed ambulent ſuper aſpidem, & baſiliſcum, conculcentq; leonem, & draconem, ſubmittãt ſuis pedibus ſuperbiam leonis, nequitiam draconis, virulentiam aſpidis, & baſiliſci: quæq; bonos inceſſus deturbare poſſunt. Ex filijs Iacob Dan, qui erat nequam. De ipſo dixit Pater

ter? Fiat Dan coluber in via, Ceraſtes in ſemita mordés vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro equus eſt pars in homine ſenſualis; vnde monemur, ne velimus fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus; Aſcenſor eſt pars intellectualis, cuius eſt firmiter inſidere, ſapere, & frænare affectus belluinos, quorum pedes ſi morſu inficiat ſerpens vſq; eo, vt cadat aſcenſor retro pro eo, qđ pédeat ante, actũ de itinere. At qui talia mihi ſunt ſinenda, ne (quod Horatius ait) (magna modis extenuentur paruis) attamen facit hoc ſubire in mentẽ, quod in fabulis habetur de Erichthonio orto è ſemine Vulcani, habente pedes viperinos, quia cũ eſſet vir Princeps, & alioquin ſtrenuus bellator, laboraret podagra. ferunt etiam Herculem à cãcro captum in pede coactum implorare ſibi auxilium ab Iolao, id quod ego facile expoſuerim per dolorem ex cancro, in pede podagram, & per Iolaum auxiliãtem Herculi Medicum ad leniendum dolorem, accerſitum; Per Herculem vero, & per Erichthonium viros magnos, & Principes, qui præcipuè, & maxime omnium tali ægritudini ſunt obno-

xij, & ij præſertim, qui ſunt oriundi è ſemine infecto, ex nimia libidine, quorũ vtrũque vitium tribuitur Vulcano, qui & Claudus erat, atq; in Mineruam pruribat. Per hanc deniq; podagræ partem pedẽ ſcilicet explicabimus, tum mentis affectum, (hinc D. Thomas Matt. 4. ne offendas ad lapidẽ pedem tuum) tum affectus voluptuarios, ſecundum Philoſophos antiquos ex Farra, verum enim verò ſi huiuſmodi partem, tanquam nudam conſideremus, tunc iuxta Pythagoræ ſymbolũ nos indicabimus partem ſenſualem in homine contemplatiuo fore liberam à labe, vnde ille; pedibus nudis ſacrifica, & adora; ex Franciſco Georgio in ſuis problematibus. Sin autem tanquam calceatam, tunc deuotionis affectus ex Michaele Timothæo in Miſſæ Sacrificio; quod ſi vnus pes fuerit ſuper altero, tunc ab Aegyptijs deſignatur quandoque ignauia, & otium, quandoq; meditatio ex Io: Perierio Valer. Illud etiam non reticebo, quod apud Priſcos, pedum offenſiones erant indicia alicuius infauſti ominis, aut mali prodigij, vt contigit Caio Graccho in illo die ciuilis ſeditionis; cõtigit, & Craſſi fi-

Pedis hiero-glyph.

nu. 431. quæſt. 4. ar. 1. fol. 258.

Omen.

ſi filio, dum erat contra Parthos pugnaturùs ex lib. 2. Alexandri dierum genialium. *cap. 26.*

De Podagræ cauſis in vniuerſali.
Cap. VIII.

VT redeamus in orbitam medicam ſatis digreſſi, propoſitæ Podagræ cauſas explorare præſtiterit, nam cauſis ignoratis, in toto negocio tergiuerſari neceſſe eſt, ſiquidem, licet medicina ſit coniecturalis ex Galeno ad Thraſibulū, vt potè quæ *cap. 30.* nec inter actiuas, nec inter ſpeculatiuas artes connumeretur, accedit, quod ab extetrioribus, & ſignis interiorum, necnon latentium in abditis cauſarum ſumit coniecturam, vt colligitur ex Galeno in com. *1. aph. 12.* Hipp. attamen eſt quam maximè Medico laborandum circa ipſas cauſas, cum ſcire arbitremur vnumquodq; ſimpliciter, & non ſecundum accidens, cum cauſas nouerimus ex Ariſt. 1. poſt. & cauſarum cauſas: *cap. 2.* oportet enim in omnibus quærere ſummā cauſam, ex eodem Ariſt. 2. Phyſ. cuiuſmo- *tr. de cauſis.* di inueſtigationem ſcire proponunt Medici exquiſitiores, vt ipſis innoteſcant affectuum

fectuum origines, quibus occurrere per contraria eſt opus, id quod à Græcis explicatur per hanc dictionem προσφέρεθας teſte Gal. 7. meth. med. ex quo loco implicitè, at explicitè tertio de temper. & primo de comp. medic. per genera deprehenditur, non ſat eſſe Medicis morbos per contraria (vt Dogmatici exequuntur) mederi, ſed etiam ipſos oportere κατὰ μέτρα id eſt ad portionem, quare ſecundum gradus, in quorum vtroq; curandi modo Medicus peritus debet eſſe paratus, occaſionē dignoſcendo ex cauſis, & cauſas in coniecturis expiſcando, prima poſtmodum contraria ſunt omnibus in confeſſo quatuor illæ primæ qualitates, quæ primariò elemētis competunt. Gradus poſtmodum ſunt numero quatuor ex Gal. 1. de comp. med. per genera; quos gradus plurimi ſemper fecerunt Medici Græci, Arabes, ac Latini, præſtantiores ſcilicet, ac in medendo ſolertiores, quam ſint nonnulli, quibus illud ſatis eſt habere præ oculis contraria contrarijs curantur, non animaduertentes quatenus pro cauſarum diuerſitate non ſat eſt per contraria procedere, ſed etiā oportere gradus ipſos perpendere,

cap. 3. & 7. cap. 2. cap. 3. Not.

cap. 3.

pendere, quandoquidem remedia ſunt futura æqualia morbo,& cauſæ morbificæ; ſi enim affectus ſit calidus in ſummo,parabitur medicamentum in ſummo frigidum, ſi autem à ſummo paululũ recedet, medicamentũ quoq; à ſummo paululum declinabit Galeni doctr. 3. de temper. & ſic per incuriam contingere poteſt, vt ipſi medentes,vel morbos ipſos prorogent: vel ſint in cauſa,tum vt patientes multò magis à morbo vexentur; tum vt vnus morbus (vel leuiſſimus)in alterum, & grauiorẽ vllo abſq; negocio conuertatur,aut tãdem ſuis ægrotis Medici ipſi,loco ſanitatis,interitum inducant. Hoc idem accidit i js,quibus Medici(maximè à morbi principio)loco venæ ſectionis, vtuntur pharmaco purganti, aut vomitorio, vel è contra. Conſimiliter dum Medici exhibent aliquod medicamentũ purgãs, aut vomitoriũ nequaquam appropriatũ cauſæ morbificæ, aut patientis viribus,aut nulla habita ratione ætatis,conſuetudinis, tẽporis,regioniſue præter ſexũ: neq; ab hoc periculo liberãtur ægri, dũ nolunt admittere quæcunq; Medicus peritus imperat:omitto interim non modò clyſterium

Valet hac conſideratio in omni morborũ genere.

cap. 2.

lib. 2. ad Glauc. cap. 2.

Not.

riũ vſũ, verũ etiã iatromaticorũ peritiã, de *cap.* 28.
quib. ſingulis magis ſpecificè lib.3. & lib.4. 30. 31.
cuius rei cauſa Marcellus de Medicamẽtis 32. 33.
tradidit; omnia medicamenta, tam ſunt "
periculoſa, quam ſalutaria: non itaq; ne- "
gligenda, neque circa illa eſt aliquis error "
committendus. Nobis poſtmodum inqui- "
rentibus Podagræ cauſas, occurrunt quatuor illa genera cauſarum communi conſenſu recepta, & comprobata, de quibus Ariſt. 2. phyſ. tr. de cauſis. Materialis quidem cauſa eſt humor ille noxius, & morbificus, qui ad extremos vſq; pedes defluit, dictæ cauſæ materiali iuncta eſt priuatio temperamenti, in quo ſitus eſſe debuerat bonus habitus, qui eſt ſecundum naturam, vnde ſanitatis lęſione, læſa fuit pars affecta. Galeni doctrina lib. 1. & 2. de temperamentis. Formalis vero cauſa eſt illa ipſa pedum nodoſa ægritudo, de qua nos ſuperius ſufficienter admodum tractauimus in podagræ definitione, & hæc non eſt ex ijs, quæ in inſtanti introducuntur, ſed pro vt eſt pedum morbus, pedetentim contrahitur, itaq; differt vt fieri, vtuè in facto eſſe. Cauſam finalem conſultò miſſam facio,

finis

tr. de fine. finis enim habet rationem boni deſiderabilis, teſte Philoſ. 2. phyſ. cæterum Podagra non ſolum haud eſt bonum deſiderabile, ſed eſt malum euitabile, vt podagram
ibidem. patientes omnes atteſtantur. additur, quod Finis eſt, cuius gratia ex Ariſt. podagræ autem gratia nihil agitur, niſi ad eam fugiendam, & curandam; non inficias etiam itur, quod enunciatur, tranſmitti à natura humorem noxium ad imos pedes in eum finem, vt partes in corpore potiores exoneratæ remaneant, & melius ſe habeant illæſæ: itaq; minus malum habetur pro finali bono, eſt nanque malum multò minus pede affici, quàm pectore, aut dyſenteria, aut aliquo alio morbo, vitæ diſcrimen minanti, quomodo autem hæc verè contingant, in lib. 2. cap. 17. & 18. aperietur.

De Podagræ cauſis externis in vniuerſali.
Cap. IX.

POdagræ cauſæ externæ, ac in vniuerſali quidem ſunt illæ, quarum meminit Galenus in com. Hippoc. de natura humana, enuncians cauſas morborum externas
c. 2. t. 5. eſſe corporibus humanis nocuas, tum quia intemperiem quandam gignunt, tum quia con-

contundunt, inciduntue, quas poſtmodum Galen. lib. 6. de loc. aff. nuncupat interdum euidentes, interdum initiatrices, interdum extrinſecus aduenietes, vt etiam foris aduenientes, idem Galenus in com. Hipp. de humoribus, com. 3. interdum morbi occaſiones ex Hippocrate de natura humana, quas non erit difficile conſpicere, ac videre, vnde gignantur, cum ab extrinſecis indiſpoſitionibus, quæ ſunt in aperto, producantur: interdum effectrices ex Galeno de cauſis procatarcticis, cum ſint morborum principia: cauſa denique efficiens nuncupatur à Philoſopho 2. phyſ. vnde primum motus principium, inde huiuſmodi cauſæ nuncupantur primitiuæ, ex Galeno de differentijs pulſuum, initiatiuæ, præincipientes teſte Galeno de cauſis morborum, & græco vocabulo προκαταρκτικαὶ, ſic vocatę, quod ſint primariæ morborum occaſiones, nam προκάρταξις originem, principiumue ſignificat ex Hippoc. de affectionibus, & hoc idē confirmat Gal. de cauſis procatarcticis, vbi per hanc enunciationem neq; Eraſiſtratum, neq; illius ſectatores improbat. Nota interim, quod ſimiles cau-

cap. 5.
cap. 7.
cap. 9.
tex. 3.
tex. 44.
cap. 3.
cap. 3.
tex. 29.
cap. 1.
cap. 2.
cap. 5.
cap. 2.

ſæ

ſæ externæ non modò in podagra tãtum, non in chiragra tantum; & in alijs morborum articularium differentijs, ſed etiam in omnibus morborum generibus conſiderandæ ſint.

De Podagra cauſis externis in particulari. Cap. X.

cap. 11. Licet Ariſt. in ſecundo poſt. ſcriptum reliquerit, ex ſingularibus ad vniuerſalia eſſe procedẽdum; attamen cum ipſe Ariſt. intelligat eò loci, per ſingularia ſpecies ſpecialiſſimas, & non verè ſingularia, ſicut etiã ex ſingularibus, quo ad nos debemus procedere ad vniuerſalia, nihilominus conſiderantes nos cauſarum genera, vt & podagræ cauſas, quò ad naturam poſt cauſas externas conſideratas in vniuerſali eaſdem conſiderabimus nunc etiam in particulari, animaduertentes, quod huiuſmodi cauſa externa, & in particulari quidem, vt efficiens, quæ principaliſſima eſt, & quæ maximè vniuerſalis, hæcque vel omnibus eſt communis, & ſecundum omnes partes indifferentes, vel communis omnibus

bus quidem, non autem ſecundum omnes partes, ſed tantummodo ſecundum partes aliquas: Communiſſimam quidem cauſam ſimpliciter omnium, ſiue in vniuerſali ſumamus, ſiue in particulari, nouimus eam eſſe, quæ eſt cauſa cauſarum, à qua (vt ait Philoſophus 12. Metaphyſices) totum cœlum, & natura dependet, Deum, quem in hac tractatione de humana infirmitate in cunctis vſque quoq; præſuppoſitum deuoto ſilentio inuoluerẽ, & mente conceptum tacitus comprecarer, niſi qđ mihi ſubit in animum cap. 16. Paralipomenon, vbi dicitur, quemadmodum ægrotauit Aſa Rex Iſrael anno 39. regni ſui vehementiſſimo pedum dolore, & hic expoſitores Podagrã intelligunt, vt D. Hieronymus ſuper gloſam teſtamenti, hoc apparet accidiſſe in pœnam delicti ab Aſa perpetrati contra Annan Prophetam in carceribus afflictum, vt noxæ illatæ vltio correſponderet, dum rex, qui prophetam pedibus illigatum afflixerat, ipſe podagra detentus pedibus affligeretur. Neq; ſum omiſſurus illud, quod D. Chryſoſtomus refert in Euang Ioannis Hom. 37. veniunt quidem (inquit) morbi

Cauſa communiſſima.

Exemplum.

G pro-

propter peccata, vt magnos viros podagra laborantes videmus:ſic enim legimus multos in pœnam gulę podagra affectos fuiſſe, vt contigit Conſtanti Imperatori, multos alios in pœnam libidinis, vt contigit Alexio Angelo Imperatori Bizantino. Cauſa poſtmodum cõmunis, reſpectu ſublunarium, ſtatuitur corpus cœleſte ab Hermete Triſmegiſto, cuius fuit olim commentator Ioannes Stadius, qui arbitrabatur hominibus nihil ſuperuenire, quod ex cœleſti conſenſu, & ſympathia non originem duceret, idq; facilè, nam cœleſtia corpora (vt ſcriptum reliquit Ioan. Cottunius de tripli ci ſtatu animæ ſect. 9.) nihil directè, nihilq; immediatè in animam imprimunt, neque ad aliquid proſequendum, fugiendumue impellunt, inclinant tamen diſpoſitiuè, inquantum imprimunt in corpus humanum quod deindè inclinat ad varios humanos actus, quare ad virtutes, atque vitia, nec non ſanitatem, morboſq;.

exemp.

Cauſa communis.

Cœleſtis influxus

Diſp. 7.

De

De Aere. Cap. XI.

INter ſex res non naturales aerem (circa nos ſcilicet) à Medicis primo loco recenſeri non eſt à ratione alienum, vt qui non modò ſit ſolus auctor mortalibus vitæ, ac morborum, ex Hippocr. de flatibus, *cap. 3.* ſed etiam ſit inter omnia pro vitæ humanę *Aeris effectus.* conſeruatione valde neceſſarius, ambulemus enim, quieſcamus, vigilemus, dormiamuſue, aer, vt maximè tenuis, ac ſpiritualis eſt ſemper, ac vbiq; diu, noctuq; circa nos, ac veluti inquietus inſidiator nos obſidet, & iugiter ſe nobis reſpirantibus intendit in præcordia; ex Hippocr. de natura huma- *text. 4.* na, ob quam cauſam in podagræ occaſione Medici anteſignani Hippocr. Gal. & Auicennas variè loquuntur; neq; mirum eſt, quod Græci, Arabes, ac Latini quò ſe vertant, neſciant, Antonius enim Cermiſanus Medicus olim Patauinus, & quaſi alter Hippocr. ab Italis exiſtimatus, opinatus eſt huiuſmodi aerem eſſe omnino podagræ cauſam, quoniam aer ambiens è corpore noxios defluxus deriuare facit, dum ſequi-

nu.59. tur Hippocr. 7. aphor. & Galen. in comm. accedit, quod ab elementis cœlo, terraq; diuerſimodè in ipſum agentibus exercetur, cum aſſiduè hauriamus, fit, vt temperamentum noſtrum variè immutetur, & peruertatur ſecundum varias eius qualitates, dũ ſcilicet ille aut immodicè calidior, aut frigidior, aut ſiccior, aut humidior euadit, ex Aetio de ſanit. tuenda, & Paulo *cap. de aere.* Aegineta de arte Med. Additur, quod non modò Sol in eum vires exercet, ſed Luna quoq; proprietates omnes ſuas, eaſq; varias quammaximè imprimit, iuxta quaternam illam formam, quam creſcendo, & decreſcendo aſſumit, ita vt in quouis quaternione ſui curſus quatuor modis aerem etiam diuerſimode afficiat ex Galeno 3. de diebus *Cap. 4.* decretorijs, cum primus ſeptenarius à nouilunio vſq; ad ſeptimum diem ſimilis ſit veri, calidus, & humidus: ſecundus verò vſq; ad plenilunium, æſtati: tertius ſeptenarius, decreſcente Luna, Autumno: quartus, & vltimus Hyemi. Eiuſmodi etiam mutationes agnoſcuntur non tantum in ſingulis quatuor anni, vel menſis temporum quaternionibus iuxta ſolares, ac lunares perio-

periodos,ſed etiam ſingulis diebus quadripartitè, vt etiã obſeruare licet in cauſa maris fluxus, & refluxus quem ideo procedere pleriq; opinati ſunt ab ipſa Luna, quæ dominatur maxime ſuper humida; ſiquidem matutinum tempus, cum ſit calidum, & humidum, veri reſpondet, idcirco corpora etiam tum ſanorum, tum ægrorum melius ſe habent, ex febrientibus hoc tempus benignius eſt, cum & ſanguis dominetur. Meridies poſtea congruit æſtati, in qua bilis dominatur: crepuſculum autem autumno, & tunc dominatur melancholia melancholica: veſperi deniq; correſpondet hyemi, quo tempore phlegma, ſeu pituita dominatur: hãc quidem doctrinam totam tradit ad litteram Galen. in com. Hippocr. lib. 6. de morb. vulg. Si quis autem dubitaret, ex eo quod dies naturalis diuidatur in duas partes, nempè in diem, ac noctem, & tres primæ horæ planetariæ diei ſint ſanguinis, ſecundæ autem tres horæ ſint bilis flauæ, tertiæ poſtmodum melancholiæ; quartæ deniq; pituitæ; hocq; pacto aſſerendum de primis tribus horis planetarijs de nocte, teſte Hippolyto Obicio, de re medica ſecũ dum

Not.

c. 1. t. 25.

Dub.

Reſp. dum Aſtrologos; Tunc videtur reſponderi poſſe, vel ſecundum nos, vt Galen. qui diuidit diem, ac noctem ſimul in quatuor partes; vel ſecundum naturam, nam ex ſolis ortu ad occaſum fiunt quatuor partes, vt & ex ſolis occaſu ad ortum: Cæterum Bartholomæus de Montag. dicto Cermiſano haud inferior, ꝓfitebatur aerẽ nullo pacto poſſe eſſe in cauſa podagrę, cũ huiuſmodi aer ſpiritus noſtros tẽperet, ſanitatem efficiat, conſeruetq; & hoc comprobabat Auicennæ teſtimonio lib. 1. fen. 2.
cap. 2. doctr. 2. Ego autem dictorum celeberrimorum virorum opiniones improbare nõ
prop. ſent. auſim, ſed loquendum cenſeo cum diſtinctione aeris (quem nouiſſe omnino refert Medici, ægritudines rectè curaturi ex Gal.
c. 3. *t.* 2. in com. Hipp. de humoribus) Aer quidem conſideratur, vel vt alimentum, impropriè tamen, cum ſpiritus non nutriantur, ſed reficiantur, ex Gal. 11. meth. medendi
cap. 3. vel vt materia medicinalis, ſi vt alimentum, de quo etiam Galenus 1. de ſan.
cap. 5. tuen. tunc ſanitatem efficit, conſeruatq;, cũ ſit neceſſario futurus purus, bene olens, & nequaquam infectus; ſin autem vt mate

ria

ria medicinalis, ſiue per ſe, tunc non eſt in cauſa podagræ, ſin autem vt recipit modo ventū auſtrū, qui venit è Libya calidus, & ſiccus, ſed tranſiens per mare mediterraneum fit calidus, & humidus, hinc etiam putridus, & corruptus, qualis eſt in Gallia Narbonenſi, Aethiopum, & apud nos etiā; vel vt recipit Boream; ſeu Aquilonarem, qualis eſt Scytharum, qui ſuæ frigiditatis partem ex niuibus, per quas tranſit, contrahit; ſiue etiam alium ventum, vtriuſq; expertem; quare temperatum, de quo Galen. in com. Hipp. de humoribus, tunc enuncio, tum aerem auſtrinum, tum aquilonarem eſſe in cauſa podagræ, diuerſimodè tamen, Auſter quidem fundendo humores, & corpora diſſoluendo, ac maximè ſi fuerit longioribus imbribus coniunctus teſte Galeno in com. Hippoc. de morb. vulg. com. 3. huius poſtea doctrinæ fidem cumulatam faciunt ciuitates ad auſtrum poſitæ, vt Athenæ ex Baptiſta Codronchio de morb. vulg. & aliæ de quibus infra. Aquilonaris autem non ſic fundit humores, nec eſt cauſa adeo prompta podagræ, ſi quidem calor à frigore ambiente per vocatam antiperiſtaſim

Nota.

c. 3. t. 3.

Aer auſtrinus, & aquilonaris.

tex. 2.

cap. 6.

ſtaſim ad intima impulſus in cauſa eſt, vt ventres hyeme ſint calidiores iuxta Hipp.
aph. 15. aphor. in prima particula, vnde & concoctiones meliores, ſomniq; longiores, proinde cruditates pauciores: eſt autem verum, quod aer huiuſmodi aquilonaris propter naturalem cerebri frigiditatem, capiti nocens ingenerat corporis nocumenta ob humores frigidos, atq; ita vterq; aer, dum ad extremum vergit, ex oppoſitis cauſis eoſdem prauos effectus excremẽtitios producit, quos diximus eſſe cauſam podagræ,
aph. 16. pro qua doctrina ex Hipp. 3. aph. Quomodo autem, tum illa podagræ forma, quæ trahit originem, ſiue nutrimentum à ventis auſtrinis, tum ea, quæ ab aquilonáribus, curari debeat, tradam in lib. 3. c. 27. & ſeq. quo loci aperiam vter ex illis ſit Podagræ cauſa, maior, & facilior: quæſtio à quodam excitata, ſed in dubio relicta: aer
Aer ſalubrior. igitur ſalubrior eſt, qui ad mediocritatem propius accedit, neq; propter nimiam caliditatem ventris intima labefactat, ſed calore temperato per nares attractus refocillat cerebrum, & per tranſitum reſpiratione cor, & pulmones ſuaui temperie recreat

creat viſcera nimium feruida; Amplius aer,vel eſt prauus, vt & corruptus,qui multo magis inficit,quam cibus,& potus ex Alberto Magno de proprietatibus elench.qui omnino euitari debet,hicq; aut eſt nebuloſus propter ſtagni, vel fluminis propinquitatem, aut eſt perturbatus ex ſtagnis, vel paludibus, vel ex fundo ſpecus alicuius emittitur, aut eſt hortorũ, qui latrinas expurgant, vel emittunt fętorem magnum, vel prauum halitum ex oleribus, arboribus, fructicibuſque, vti ſunt Braſſica, Careum,Buxus,& ſimilia,aut etiam qui per ſe alioquin purus, & ſalubris contraxerit ab extrinſeco ſuperuenienti vitium aliquod impuritatis ex aliqua corruptela coinquinatus, vel fimo putrido, vel cloacis vrbem purgantibus, vel (quod frequens eſt apud nos)ex vocatis maceratorijs canabis, & ſimilibus malè olentibus,& tunc huiuſmodi aer eſt in cauſa podagræ quinimmo ſingulorum morborum ex Galeno in com. Hipp.de humoribus com. 3. Vel eſt purus prauo contrarius, & omnino à Sole illuſtratus, & hic haud eſt in cauſa podagræ, non inficias tamen iuerim, quod ſi fuerit

Aer prauus.

tex. 3.

Aer purus.

 intem-

Aer intemperatus. intemperatus, vt qui calidior, frigidior, humidior, & ſiccior, tunc poterit eſſe in cauſa podagræ, alioquin nullo pacto, eoq; minus, ſi quis aere ruri fruatur, homines enim ruri morantes multo melius aluntur, multoq; melius concoquunt, cum hominum meatus eo tempore ſint magis fluxiles, eorumq; ſenſus ſint vegetiores ex Galeno in com. Hipp. de humoribus. *c. 3. t. 3.* De huiuſmodi poſtmodum aere magis particulariter agere ſtatui paulo infra, nempè lib. 3. cap. 49. & lib. 5.

De cibo, & potu, vt podagræ cauſa. Cap. XII.

CVm cibus, & potus non minus videantur neceſſaria pro vitæ humanæ conſeruatione, & curatione, quam ſit aer, ob id capiti de aere proxime annectenda eſt tractatio de Cibo, & Potu; eoq; magis, quod, quicquid nectaris, hoc eſt vitalis humoris, calore, laboribus, vel inedia exhauſtum eſt, cibo, & potu reſtituitur, priſtinaſq; vires corpus cibo recreatum recuperat, languoremq; ſuum ex recepta ſimili ſui ſubſtantia,

ſtantia, vitaliq; balſamo deponit, & nouas vires reperit, cum nutriamur i jſdem, quibus conſtamus: appoſitè Galen. 1. de ſanit. tuen. his verbis, cibo reſtituimus quicquid ſiccioris ſubſtantiæ effluxit, at potione quicquid humidioris, & ſic ad priſtinam ſymmetriam ambo reducimus: etenim licet Albertus Magnus ſcribat mulierem Germanam dies viginti ſine cibo manſiſſe, ac referat Gal. in 6. Hipp. de morb. vulg. etiam aliquos ex medicorum rationalium conſilio, & iuſſu ſe ipſos abſtinuiſſe à potu per quindecim dies integros, vtrumq; non refragatur receptiſſimæ doctrinæ, id enim contigit in quibuſdam pituitoſis corporibus, quibus immenſam pituitæ copiam loco cibi, ac potus natura capiebat; ſed appellatione cibi intelligimus ea, quibus homines veſcuntur, at veſcimur communiter pane, atque obſonio, ob id aperiendum eſt, num panis tantum; an vero obſonium, an denique vtrumque ſimul podagram inducat; refert Antonius Cermiſanus in tractatu de podagra, ab eſu panis plerunque podagram generari, rationes ſubiungẽs, quod in corpore humano obſtructiones efficiat,

cap. 2. " " "

Caſus mulieris

c. 4. t. 8.

generando ſuccos craſſos lentoſq; ex auct. Galen. 1. de alim. fac. additur ex Auicenna lib. 2. tr. 2. panem eſſe naturæ humanæ inimicum, ſiquidem natat in ſtomacho; propter ſuam vaporoſam humiditatem, cerebro, oculis, & neruis non mediocre nocumentum affert; ex quibus infertur, panem eſſe poſſe in cauſa podagræ, neque ideo aliquibus, vt apud Gal. 6. de ſanit. tuen. placuit veſci ſolo pane, in quem ſenſum circunfertur, quod in ſacris litteris habemus conſignatum, non in ſolo pane hominem, viuere; Etenim obſonio, quod intelligimus quicquid cibi vltra vinum, & panem apponitur, pariter videtur ex Gal. in com. Hipp. de alimento colligi etiam facile podagram generari, eo maximè quia nō ſolum concoctioni aduerſatur, ſed etiam vitioſum ſanguinem gignit, vnde morbi articulares facilè oriuntur, immo etiam diutinæ ægritudines, à quibus homines tota vita explicare ſe nequeunt, cu ius generis mala ſunt calculi, Podagra, morbi articulares, & huiuſmodi teſte Gal. 1. de ſanit tuen. Sic ex iſtis videretur dicendum ſi vtrumq; per ſe, ac diuiſim podagræ cauſam præbeat, tandem

cap. 5. cap. de pane.

cap. 7.

com. 4. tex. 8.

cap. 7.

dem coniunctim multo magis efficere. In hoc tamen vtili quæſito de pane, ac obſonio, quorum particulares qualitates accuratius euoluam in præſenti opere lib.3. cap. 53.& ſeq.necnon lib.5.cap.6.& ſeq.proponendo etiam num panis cruſta ſit laudabilior,quam mica in curatione perinde, ac in præſeruatione à podagra. Non debemus poſtea reticere panem nō prælaboratum, malè fermētatum, & pauca tritatione ſubactum facilè producere in viſceribus obſtructiones,& veluti refert Auicennas ſtomacho eſſe inimicum, vt etiam ſi fuerit malè coctus,aut cum pauco,vel nimio fermento conditus: ſin autem fuerit prælaboratus multa tritatione perinde ac bene coctus, & conditus fermento ſufficienti, tunc neque in viſceribus obſtructiones,neque craſſos ſuccos, neque naturæ humanæ noxam aliquam inferet Gal. doctr de ſuccorum bonit. ac vitio,& tertio de aliment. fac. Cæterum quod ſupra dictum fuit de obſonio fugiendo id tum maximè intelligi debet. Primo ſi varium, & multiplex fuerit. Secundo ſi ex contrarijs facultatibus conſtitutum. Tertio ſi præter naturam plus

Panis diſtinctio.

cap. 4. cap. 15.

Obſonij diſtinctio.

plus ingeratur quam ſit opus, ſeu quam ferat natura eius, qui tali obſonio veſcitur: plus autem ingeretur, quotieſcunque alimentum non erit æquale copiæ illius ſubſtantiæ, quæ defluit, ex Gal. in com. Hipp.
cap. 4. tex. 28. de alimento: quibus erroribus in obſonij ratione generantur diuturni morbi, à quibus homines tota vita ſe nequeunt explicare, ac iſtorum ſi quæramus exemplum, referunt Epimenidem quendam, cum ob penuriam cogeretur veſci pane interdum lolioſo; interdum ex zeia, cuius meminit
cap. 13. Gal. 1. de alim. fac. poſt breue tempus cæpiſſe podagra laborare, deinde temporis progreſſu ob humores vitioſos, in venis diu latentes, collectos ex edulijs vitioſis aut natura, vt porrum, cardamum, & ſimilia, aut ex ſuperueniente corruptela, vt potè in tritico, in hordeo & ſimilibus febri maligna
Exemp. correptum è vita deceſſiſſe. Iouinianus Imperator quòd obſoniorum varietate ſingulo die mane, ac veſperi delectaretur, podagra laborare cæpit, ac tandem ciborum in ſtomacho inconcoctorum cruditate breui
Exemp. perijt. Et Septimius Seuerus quòd plurima carne; item magis, quam ferret natura

veſce-

veſceretur ex imbecilli coctione cruditatẽ paſſus expirauit. Hactenus de pane, & obſonio, num verò potus ad podagræ generationem concurrat? tradit Hippocr. 2. de nat. hum. varios morbos à potu procedere, (licet ipſo vires humanæ roborentur teſte Gal. de ren. aff. dign. & med.) atque inter varios morbos à potu procedentes recenſet morbum podagricum, etenim non modo caput plurimo ſanguine ac ſpiritu calido implet. ex Hippoc. ſed etiam neruorum debilitatem introducit, exempla nimis hodie frequentia ſubijcere ſuperfluum foret, referam tamen Anacreontem Teium potu in morbum podagricum incidiſſe, quinimmo vno die Baccho ita indulſit, vt illo eodem perierit. Negat tamen Galenus lib. de conſuetudine ex potu podagram procreari, ætiologia eſt, quia ſecundum Galeni Doctrinam concoctionem addiuuat, redditq; laudabiles humores, 3. ſympt. cauſis. Dicamus igitur non à congruo, & moderato potu morbos articulares produci, ſed ab intemperanti, & profuſo, ſi nimirum ſumatur potus extra menſuram congruam (intellige) habita

Potus. *cap. 7.* *cap. 6.* *7. aph. 7.* *cap. 4.* *cap. 1.* *Diſtinctio potus.*

ſemper

ſemper ratione ætatis, naturæ, temporis, conſuetudinis, regioniſq; ſunt enim potus diuerſi, qui diuerſimode, & etiam ſecundum conſuetudinem apud varias gentes parari, & aſſumi ſolent. teſte Gal. 7. meth. med. cap. 6.

Vtrum vinum nutriat, & faciat ad Podagram. Cap. XIII.

PRæmonemur è tituli præambulo duo à nobis eſſe conſideranda, vinum quatenus nutriat, & quatenus ad Podagram faciat; nec tamẽ in hac quæſtione velim reponatur vinum in ciborum genere, quemadmodum nonnulli fecere, nec malè, cum ſequuti ſint Galenum 3. de Alimentorum facul. Sed in genere potus. Etenim cum vinum ſit vox multiplex quippè, quod multas induat ſpecies, vt è multis varijſq; plantis, & fructibus exprimitur, de quibus copiosè Dioſcorides lib. 5. de materia medica; noſtra erit intentio hìc, ſolùm de vitis ligni vino verba facere, quod vuarum turculari, vel alio quouis inſtrumento exprimitur; Et illud Epiphanius Ferdinandus

cap. de vino.

ad

ad mentem Ariſtot. dixit aquam in ligno putrefactam, quod voluit etiam Plato, in libris primo, & ſecundo de legibus interdicere ſeruis, nutricibus, iudicibus, & magiſtratibus, dum fungerentur officio; necnon minoribus viginti duorum annorum perinde, ac illis, qui liberis operam daturi erant. Vtrum verò nutriat, non leuis eſt quæſtio, quæ iam alias à grauibus viris excuſſa fuit, quorum leuiter ſententias excurram; Negat Hier. Mercurialis, vinum nutrire, permotus Hippocratis opinione in cap. 3. de alimen. Hoc idem Galenus videtur opinari in lib. 4. de comp. Medica per genera, cap. 5. cum ibi aſſerat; vinum non eſſe eius virtutis, ac potentiæ, vt intimas corporis partes permeat, quod idem videtur confirmare in lib. 3. de temperamentis, aſſerens, vino calorem naturalem extingui. In hac eadem naui eſt Iſaac, Auicennæ veſtigia ſecutus, eo maximè, quod vinum ſit naturæ fluidæ, nec partibus nutriendis tenaciter inhæreat, quod tamen proprium eſſe debet eius, à quò nutrimentum expectatur; Accedit ijs rationibus, quod nutriens non ſolum debeat attrahi,

Quibus denegetur vinum.

Vtrum vinum nutriat.

Vinum non nutrit. & 1. 2. 3. cap. 2. 4. 5. 6.

& concoqui, ſed requiritur etiam, vt mutata forma, ſe totũ adiungat, & ſe aſſimilet ſubſtantię nutriendę, vt communi medicinæ theoremate receptum eſt, ex Galeno 7. meth. med. Sentiunt alij nutrire vinũ, rationibus hiſce ſupra adductis minimè officientibus, atq; nituntur primo Galeni au-

cap. 6. *Vinum nutrit.*

1. ctoritate in cap. 40. lib. 3. de alimentorum facultatibus, vbi interrogatus, cur vinum eſſet citra inflamationem ægrotantibus conueniens, & proficuum? reſpondit, eo quòd nutriret, & infirmos roboraret; Quomodo autem vires reficere poſſet, & adaugere, niſi eſſet animali nutrimento? fauet huic opinioni, & eam citra controuerſiam ponit medicinæ parens Hippocr. lib. 2. de

2. diæta cap. 8. vbi teſtatur, vinum odoratum magis alere, quam ſi ſit odoris expers, ergo nulla ratione dubitandũ eſt, quin vinũ nutriat: aliæ rationes de induſtria prætermittuntur, cũ omnes fateãtur vinũ ex eorũ eſſe numero, quæ noſtrum corpus alunt. teſte Gal. l. 3. de alim. fac. cap. 40. Si vero diſtinctione opiniones, quæ videntur in hac quæſtione diſcrepantes, & contrariæ conciliare velimus, pro vt faciunt Hippoc. Gal. Auicen-

Auicennas,& ali j,dicamus, dum Hippocr. voluit non nutrire vinum, in cap.3. lib. de alimento,id ab eo intelligi, quatenus comparatur ad lac, & carnes, quæ ſummoperè nutriunt. Dum ſecundo locó aſſeritur ex Galeno vinum non eſſe eius virtutis,ac potentiæ, vt intima permeet, id intelligitur à Gal.in com. Hipp. de vict.rat. in morb. ac. de quodam vino Aegino, quod contrari js qualitatibus cõſtans, nec diſtribuitur,nec deſcendit, non autem de vino Ariuſio, aut Lesbio,aut Falerno,aut Tmolite,hęc enim ſingula bonum ſanguinem generant, & vniuerſum corpus permeant. Vbi verò tertio obi jcitur Galeni doctrina, qua naturalem calorem extingui vino contenditur,hoc maximè voluit Gal.ſi tũ plus ęquo, & ſupra vires ſumeretur, vnde fluit ebrietas, è qua plures oriuntur infirmitates, vinum ſiquidem intemperanter, & ſupra vires ingurgitatum naturalem ſuſocat calorem, quod facile obſeruatur in lucerna, quam olei congrua portio ardentem ſuſtinet,ſuperabundans verò extinguit. Porrò quod ex Auicenna obi jcitur; vinum ſcilicet,vt potè naturæ fluidæ partibus corpo-

Reſpond. Hippocr.

Tũ Gal.

c.3.t.7.

Not. vini differ.

Vini diſtinctio.

Adhuc.

Tũ Auicenna.

ris nõ tenaciter adhærere, reſpondetur, ita nimirum, ſi per ſe ſolum: ſed cum alijs cibarijs, & ijs maximè, quæ ſunt optimi nutrimenti, ſumptum, eſſe chylificationis coágulum, & tenaciter adhærere, ac affigi, vt Auicennas loquitur, ac vires reficere, & adaugere. Poſtremæ tandem rationi, hac diſtinctione occurritur cum Gal. in com. Hipp. 2. aphor. 21. vel enim ſumitur vinum ſine cibo, vel ante cibum, vel cum cibo, vel poſt cibum. At niſi ſumatur cum cibo, ita vt eius craſſiorem maſſam diſſoluat, & bene contemperet, non vtique ſe adiunget partibus nutriendis, ſed ſi cum cibo, proderit chylificationi mirificè, ac ſe omnino tranſmutabit in ſubſtantiam nutriendam, eiq; adſim labitur. Sequitur in altero tituli membr, o vt videamus, an vinũ faciat ad Podagram, quæ verba ſic intelligenda ſunt, vt ſignificent, podagram irritare, inducere, cauſareq; Nõ deſunt in hac propoſita quæſtione diſcrepantium ſententiæ, quippè ex Gal. de ſuccorum bonitate, ac vito; Benedictus Victorius aſſerit, vinum inducere podagram, quod nimirum ſit craſſioris ſucci, concoctu difficilè, & flatuum plenum,

Alia vini diſt.

Reſp. rationi poſtrema.

Cur vinum faciat ad podagrã

cap. 11.

quæ

quæ quidem omnia vitia in vino facilè videntur podagram cauſare, vel irritare. Præterea illa, ob quæ cibaria ęgrè conquocuntur, vidētur inducere podagram; at ob vinum difficilè cibaria conquocuntur, vt teſtatur Gal. de ſuccorum bonitate, & vitio, ergò vinum inducere podagram fatendum eſt. Alterius verò, & contrariè opinionis ſectator prodit in aciem huiuſce quæſtionis Michael Sauonarola nequaquam diſcedens ab Hipp. Gal. Auicenna, alijſque græcis, & Arabibus, ad hanc motus opinionem duplici fundamento, quia non inducitur podagra ex alimento, quo vires oppreſſæ reficiuntur, & adaugentur; atqui vinum reficit, & adauget vires, vt confirmat Auicennas in cap. 11. l. 1. fen. 2. doctr. 3. ergò nequaquam dicendum eſt vinum facere ad podagram. Si vinum roboret ventriculum, & humores in corpore exiſtentes, quam optimè reddat, non vtique poterit eſſe cauſa podagræ ex Gal. in commentarijs Hipp. 7. aph. 56. Ego autem in hac quæſtione per ſolitas vini diſtinctiones procederem, nam ſi vinum conſideretur, vt multum dulce, & fecibus plenum,

cap. cit.

Cur vinum nō faciat ad podagram.

1.

2.

Sentētia prop.

Vini diſtinctio.

num, non dum perfectum, tunc ex Hipp. de vic. rat. in morbis ac. cum ſit craſſi ſucci difficilè concoctu, & flatuoſum, non eſt mirum, ſi huiuſcemodi facilè podagram generet, & ob talis vini vſum referunt hiſtorici Diodorum Flaccũ morbo podagrico laboraſſe, vnde Martialis.

Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat.

Sin cõſideretur, vt perfectũ, dulcedinis inconcoctæ expers, & ſuæ fragrantiæ, ac naturalis odoris particeps, tunc tale vinũ (ſi moderatè tñ ſumatur, & congruo tẽpore) vires roborabit, & humores in humano corpore quam optimos reddet, nec perperam dicimus, vinum moderatè ſumi debere, nam ſi vltra rationem, & ſupra vires hauriatur, non ſolum concoctionem in ventriculo impediet, ſed etiam varios excitabit in humano corpore morbos, vt teſtatur Gal. in cap. 2 de temperamentis lib. 3. at de vino in morbo podagrico quatenus obſit, vel proſit copioſius diſſeram in lib. 3. cap. 51. & in lib. 5. cap. 10.

Altera vini diſtinctio.

Qualis

Qualis potus debeat eſſe in podagra, frigidus, nec ne? Cap. XIV.

BIbunt alij vinum liberalius, alij parcius, alij nullum: adhuc alij calidum, alij frigidum, ex Gal. lib. 7. meth. med. hinc *cap. 6.* haud extra rem inquiremus (omittentes *Potus calidi effectus.* potum calidum, vt qui ſecundum Hippocratem appetitũ maxime debilem reddat, *2. aph. 20.* & ſecundũ Gal. reſſoluat corpora ſolida laxando, & confeſtim imbecilliora reddat, primo de ſympt. cauſis.) *cap. 7.* Vtrum potio frigida poſſit eſſe in cauſa podagræ. Paulus quidem Aegineta, ſequens Galenum de *cap. 13.* ſuccorum bonitate, ac vitio, affirmat, nam *Quod potus frigidus podagræ cauſa ſit.* huiuſmodi viri ob frigidam vehementem potionem morbis articularibus corripiuntur. Conſimiliter ob Auicennam lib. 4. fen. 1. tr. 3. vehementer frigida potio huma- *cap. 4.* ni corporis membra debilitat. Adhuc eadem neruis obeſt, ex Auicenna ſecunda *cap. 7.* parte cantic. Ex aduerſo autem Victor *cap. 14.* Trincauellius in com. Gal. lib. 1. ad Glauc. *Quod nõ ſit podagræ cauſa.* Negat, cum omnibus ſit intrepidè offerenda potio frigida, additur, quod huiuſmodi po-

di potio frigida contemperat hepatis calorem, vẽtriculumq; corroborat, eoq; magis, quòd multo minus bibitur, quam non bibendo admodum frigidè, ex Auicenna lib.
cap. 2. 1. fen. 2. doctr. 2.

Sẽtentia prop. Ego autem vna cum Gal. 1. ad Glauc.
cap. 14. dixerim frigidam potionem tempore ęſtiuo, iuuenibus, naturis calidis, quare & colericis, conſuetis vti frigidis, degentibus in regione natura calida illis, qui nullam offenſionem manifeſtam percipiunt, eſſe intrepidè offerendam, dummodo huiuſmodi potio non ſit immoderata, neque multa, neq; niue, ſeu glacie mediante, neq; ante cibum, neq; ante epularũ fundamentum, neq; vbi aliquis veſcitur prauis cibis; alioquin arbitrarer huiuſmodi potionem fore non ſolum in cauſa podagræ, fluxionum, ac maxime in ætate declinante, ſed etiam morborũ vix vnquã ſanandorum ob viſcerũ intemperiem, ex Galeni doctrina lib. de ſuccorum bonitate, ac vitio. De qua tali potione frigida diffuſius in lib. 3. cap. 50. & lib. 5. cap. 9.

Quibus proſit frigida potio.

Cur frigida potio interdicatur.

cap. 13.

De

De Inanitione, ac repletione, vt Podagræ cauſa. Cap. XV.

INanitionis, quæ dicitur cuiuslibet rei à corpore expultrix euacuatio, ſpecies eſſe duas, tradit Galen.in cap.vlt. lib.primi de ſanit.tuen. Alteram excrementorum; Alteram naturalis ſubſtantiæ noſtræ aſſiduè defluentis, quæ nam verò ex vtraque podagram generet,& inducat, apud medicinæ Scriptores non facilè deprehenditur; horum enim alij opinantur, podagram induci ſolum ob excrementorum inanitionem, quæ à vaſis fluunt; per vaſa poſtmodum intelligẽtes præcipua in humano corpore receptacula, vnde maior excrementorum copia defluit, de quibus Gal.in cap.vlt. lib. 1. de ſanit. tuenda, & de illis opportunior erit loquendi occaſio in lib.2. cap.17. & ſeq. *Quid ſit Inanitio.* *Inanitionis ſpecies.*

Alij verò podagram oriri autumant ſolummodo propter alteram inanitionis ſpeciem, quæ eſt quædam naturalis ſubſtantiæ noſtræ continua reſolutio, de qua, vt etiam de altera à nobis erit (vt in propria ſede)

K copio-

copioſior diſſerendi ratio in lib. 3. cap. 54. & lib. 5. cap. 11. Alij tandem (quorum ego veſtigia ſequor) arbitrantur, non ab vna, vel ab altera tantùm poſſe generari podagram, ſed ab vtraque diſtinctè, & ſeperatè, ſiquidem vtraque inanitio facta, tùm naturæ motu (quæ hnmores vel relaxare, vel attenuare ſolet) tùm arte per medicamentorum ſcilicet exhibitionem, cum pedum imbecillitate, cauſa eſt plerumq; qua morbus podagricus generatur, quod iam olim euenit Honorio IV. Pontifici Maximo, qui primum cæpit laborare podagra ob immodicam vaſorum inanitionem, deinde ob inanitionem ſuæ propriæ ſubſtantiæ, aſſiduè defluentis.

Podagra propter Inanitionem.

Inanitio fit natura motu, aut arte

Præter has duas inanitionis ſpecies nonnulli medicorum tertiam dari opinantur, nempè reſolutionem, ſiuè inanitionem ſpirituum, & hanc oriri, vel à ſpirituum ſubitanea quadã exhalatione, vt potè motu aliquo inopinato, & repentino; aut aliquo animi affectu immoderato, vt potè gaudio, aut triſtitia, vel ab ætatis ingraueſcentia, ſpiritibus ſenſim euaneſcentibus, vel à priuatione alimenti, quod eſt proprium ina-

Inanitio propter ſpiritus.

inanitionis fomentum: quæ nam poſtea inanitio maximè podagram inducat, & quo modo inducta curari debeat, tradetur lib.3.cap.54. lib.4.cap.8. & lib.5 c.11.

A repletione pariter oriri podagram nō videtur apud Scriptores eſſe vlla controuerſia, conueniunt quippe repletionem, quæ(vt refert Galen.in com.Hipp.de natura humana tex.1.)immoderatæ quantitatis exceſſibus accommodatur, vel eſt illa ſecundum eundem Galenum ſatietas græcè πλησμονὴ alimenti multo magis ingeſti, quàm vel capacia noſtri corporis vaſa, vel natura nos gubernans requirat, vnde neq; concoctio, neque diſtributio, neque minus aſſimilatio, cum natura iam facta ſit imbecilla, in com.Hippocr.1 aph.3.& 2.aph.17. additur, quod repletio cenſetur dare podagræ cauſam, & originem, tùm per ſe (quę ex nimia cibi copia prouenit) tùm per accidens, hæcq; dicetur eſſe illa repletio, quæ modò à natura, modò ab arte ſolet euenire. *Podagra propter repletionem.*

A natura quidem, vbi euacuationes aſſuetæ intercipiuntur, veluti hæmorrhoidū, ſudoris, menſtruorum in mulieribus, & ſimilium, de quibus magis ſpecificè in libro

ſecundo cap. 17. & ſequenti.

Ab arte poſtmodum, vbi ſtatis temporibus, & ſecundum conſuetudinem purgationes, aut euacuationes omittuntur, propter quarum omiſſionem D. Ferrantes de Gonzagis Imperij Princeps, ac Marchio in dolorem podagricum iam incidit; de hiſce poſtmodum clariùs lib. 5. cap. 15. & ſequentibus. Vtriuſq; cauſa eſt, nam qua ratione humores irruebant ad venas hæmorrhoidales, ad cutim, ad venas vteri: & qua ratione in vaſis colligebantur humores, ſiuè excrementa, quæ ſtatutis quibuſdam temporibus arte expellebantur, eadem ratione ad pedes irruunt (vnde generatur podagra(vel ad manus (vnde chiragra) vel ad genua (vnde gonagra) & ita in reliquis morborum articularium generibus, de quibus in lib. 5 cap. vltimo.

Exempl.

Antequam autem huic capiti finis imponatur, reſpondebitur cuidam quæſito, eſtq; vtrum quis facilius liberetur à podagra ob inanitionem, an verò ob repletionem (cum ſatietas, & fames, ſi præter modum exceſſerint, ſint malum, 2. aphor. 4) noſtra ſemper tulit ſententia, vt viri magni,

Quæſit.

Reſpondetur.

gni, ſeù diuites faciliùs liberentur à podagra ob repletionem, at homines infimi, ac ægeni difficiliùs ob eandem repletionem; nam infimorum repletio eſt prauorũ ſuccorum, at virorum repletio eſt cibariorum optimum ſanguinem generantium, quomodo autem vtrique ſint curandi patefaciemus, reſpondentes, quomodo corruptio optimi ſit peſſima in lib.3. cap.14. & lib.4. cap. tertio.

Amplius inanitio, & repletio conſiderantur dupliciter, vel enim ſimpliciter tales, vel ſecundùm quid; Si enim conſiderentur ſimpliciter tales, tunc nullum dubium eſt, quod inanitio ſit illa, qua difficiliùs liberentur podagrici à ſuis doloribus, propter ſiccitatem in parte affecta, ſi autem ſecundum quid, tunc interdum ob inanitionem; interdum ob repletionem morbo podagrico affecti liberantur; de hiſce autem diffuſiùs, vt etiam de illorum remedijs lib.3. cap.54. & lib.4. cap.3. *Reſp. altera diſtinctione.*

Vtrum

Vtrum Crapula ſit in cauſa pedagra. Cap. XVI.

SIcut vini, & ciborum abuſus plerumq; comitantur repletionem, non ſecus, ac vmbra corpus, ita inter alias repletionis cauſas, principem ſibi vendicat locum Crapula, cuius tituli ratione perpendemus, hãc Crapulæ dictionem, nobis ſignificare nimiam cibi, & potus ſimul ingurgitationẽ; non itaque ſuperfluam vini potationem, ac omnino ebrietatem, vt nonnulli Medicorum ſunt opinati, quandoquidem Crapula græcè κραιπάλη dicta eſt ἀπὸ τοῦ τὸ κάρηνον πάλλεσθαι, prout caput vertigine concutiat, Ariſt. doctr. in ſuis problematibus; differt omnino ab ebrietate; hæc .n. mentem cum ſenſu adimit, Crapula verò mente conſtante caput concutit.

Quid ſit Crapula

Crapula vnde dicta.

Pro parte modò negatiua Conſtantius Varolus Bonon. iam medicus primarius Gregorij XIII. Summi Pontificis, probat auctoritate, ac ratione ab exemplo, crapulam non eſſe in cauſa podagræ: Auctoritas quidem eſt Galeni in com. Hipp. 6. aph. 28.

vbi

vbi Galenus demonſtraturus cauſam infinitæ podagra laborantium multitudinis litteris prodidit, nonnullis (podagra ſcilicet contingit) nunquam ſe exercitantibus, ſed malè coquentibus; ſeq; inebriantibus, nulloq; præſumpto cibo fortia vina potantibus, & venere immoderata vtentibus; ali js verò, & ſi non in omnibus, in vno tamen, aut altero ex i js, quæ retulimus, delinquentibus. *Crapula non eſt cauſa podagræ.* " " " " " " " "

Ratio autē ab exemplo ſit Promachus Sophiſta, qui ſedulò crapulæ deditus, febres, ac ſæpè, patiebatur, nunquam autem fuit à podagra afflictus. ex Aeliano. Ex aduerſo autem eſt Gal. in com. Hippocr. 6. aph. 28. vbi ſignificaturus eunuchorum cauſam, propter quam podagra laborent, ſcriptum reliquit: tanta eſt eunuchorum crapula, vt etiam ſine coitu podagra corripi poſſint. Additur exemplum nō modò Caroli Pannoniæ Regis, ſed etiam Conſtantini Monomachi Romanorum Imperatoris, quos ambos ſingulis ferè diebus ventri indulgentes podagra laboraſſe fertur. Ego autem hac in re cum Galeno dixerim, Crapulam cum deſidia, vel multò magis cum Ve- *l. 2. hiſt.* *Crapula eſt podagræ cauſa.* *Exempl.* *Propria ſententia*

Venere coniunctam, inducere podagram, ſiquidem Crapula cum deſidia, aut Venere coniuncta crudorum humorũ copiam generat, neruorumq; genus implet, ob quam cauſam dictus Carolus fuit à podagra vexatus; cæterum crapula ſine deſidia, vel ſine Venere, tunc non eſt neceſſe, quod crapula ſit in cauſa podagræ, ob quam cauſam fuit à podagra liber Promachius Sophiſta.

Cur Crapula podagram inducat.

Præterea crapulam, vel ſolam (ita vt podagra non poſſit euenire, niſi propter ipſam crapulam) tunc non eſt neceſſe, vt ſit in cauſa podagræ, cum multa alia poſſint eſſe in cauſa podagræ, teſte Gal. in com. Hipp. Accedit etiam exemplum Domitij Afri, qui licet fuerit crapulæ deditus, attamen nunquam à podagra fuit vexatus. Vel coniunctam cum aliquo alio vitæ errore, & aut ſemper non neceſſe, aliquando autem, atque vt in pluribus, tunc crapulam afferre podagræ cauſam certum eſt, ſiquidem pedum articulorum dolores propter plethoram multis cruditatibus accruatam efficit; & ita eueniſſe dicto Conſtantino pro comperto habetur.

Crapula diſtinc.

6 aphor. 28. & 30.

De

De Motu, & Quiete, vt podagræ cauſa.
Cap. XVII.

NOn ſolum in philoſophia naturali, ſed etiam in re medica (& multo magis) variæ contingunt quæſtiones de motu, teſte Galeno de motu muſculorum. *l.1.& 2.* Nihilominus breuiati, ac rei eſſentiæ ſtudens varias de motu quæſtiones omittam, & contentus, quod motus non ſolum intrinſecus, de quo Galen. 2. de ſanit. tuen. po- *c.11.* teſt eſſe in cauſa podagræ, vt infra cap. 24. *Motus diuiſio.* apertè tradam, ſed etiam ex trinſecus; qui *Qui motus ĩ hoc* motus (de quo in hoc capite) intelligitur *opere cõſid.* præſertim ille, ſub quo comprehenditur maximè labor, de quo Gal. in com. Hipp. *tex.1.* de natura humana, necnon exercitium, exercitijq; ſpecies, tàm in vniuerſali, quàm in particulari, & tunc habita ratione, interdum alicuius corporis partis, vti capitis, pectoris, manuum, adhuc renum, pedum, & ſimilium; interdum totius corporis, & tunc vel ſexus, vel ætatis, vel temperamenti, vel conſuetudinum, vel cuiuslibet valetudinis, vel loci, quo exercitia inſtituuntur; vel

temporis, circa quod in vſum venit; hinc
Gymnaſtica. Gymnaſtica, quæ primum à Græcis fuit inuenta, ex qua Gymnaſij vocabulum eſt deriuatum à Græco γυμνάζειν, quod ſignificat exercere, de qua arte ex Neotericis Hieronymi Mercurialis Medici celeberrimi, elegans certè, ac doctus liber extat,
Not. præter Galen. 2. de ſanit. tuenda. Ego autem opportunè de huiuſmodi gymnaſtica loquar in lib. 3. cap. 56. necnon in lib. 5. cap. 12. enimuero huiuſmodi motum eſſe in cauſa podagræ, non eſt dubium, cum
Gymnaſtica effectus. motus ſpecies variæ caput humanum offendant, pedeſq; non parum debilitent, ex eodem Hieronymo Mercuriali in ſua gymnaſtica lib. 3. & 4. ſit huiuſmodi exemplum Hippolytus Theſei filius, qui licet ſe ſe in conſectandis feris adeò exercuerit virginitatis ſtudio, atq; ocij vitandi cauſa, nihilominus in dolores podagricos ob huiuſmodi motum incidit.

Quies, ē remed. laborū. Quod poſtea quies (quæ eſt remedio illis morbis, quos gignunt labores, ſeu motiones præter naturam, ex Galeno in com.
tex. 1. cap. 6. Hipp. de natura humana, necnon, vt motui contraria, ex Gal. lib. de ſympt. cauſis) ſit in

in cauſa podagræ, non ſolum probatur ex hoc, quod contrariorum eadem eſt materia, teſte Philoſ. 2. cœli; ſed etiam quia huiuſmodi quies (quam tantoperè commendabat Aſclepiades Medicus maximè antiquus, & poſt ipſum Eraſiſtratus, ſed errore maximo vterque correptus, cum omnem exercitiorum vſum, tanquam rem corporibus humanis inutilem, exitioſamq; arbitrarentur) ex mente Gal. de ſuccorum bonitate, ac vitio, inducit membrorum torporem, porrorum meatus obſtruit; maximè obeſt ſanitati; ac tandem morbum articularem gignit, cum humorum defluxiones irritet, vndè Poeta cecinit: *teſt. 16.* *Quietis laus ſecundum Antiq.* *cap. 4.* *Quietis effect.*

Cernis, vt ignauum corrumpat ocia corpus,
Vtq; pedem vitient, ne moueantur aquæ.

Accedit etiam exemplum Ageſilai Lacedęmoniorum Regis, qui podagra ob ſuã quietem laborare fuit iudicatus, enunciabat autem, equidem podagræ doloribus ardeo, animus tamen eſt dolore vacuus: de cuiuſmodi quiete, ac de motu à nobis tractabitur in lib. 3. cap. 56. & lib. 5. cap. 12.

Vtrum vſus venereus podagram inducat.
Cap. XVIII.

Medicorum (à quibus remouemus ambitioſos, glorioſos, & quæſtuoſos) intereſt non ſolum corporis humani ſanitati conſulere, Galeni doctrina l. 9. de decretis Hippocr. & Plat. ſed etiam ipſum à morbis præſeruare, quinimmo ſtudere quadantenus ſpeciem humanam conſeruare, cuius cauſa ipſos nequaquam latere debent ſalubria, inſalubria, & neutra, de quib⁹ apertè Gal. in arte medicinali, quamobrem non eſt mirum, ſi à me in dubium vertatur, vtrum vſus venereus podagram inducat, ob cuius quæſtionis titulum notatur, quod per vſum venereum, de quo Galen. lib. 11. de vſu part. cap. 10. intelligitur tum Venus, de qua Hipp. lib. 3. de morbis popul. cuius cauſa Gal. 4. de vſu part. c. 9. tradit, Venerem maximè excitari propter humorem acrem, ac mordacem accernatũ: tum Libido, à cuius narrationibus, ſpectaculis, rememorationibus, & meditationibus ſummopere cauendum eſt, teſte Gal. lib. 6.

cap. 5.

Quæſt. tituli ratione.

ægroto 16.

Cur Venus?

Quid cauendum, vt libido abſit.

lib. 6. de loc. aff. tum Coitus, cuius meminit Auicennas lib. 3. fen. 20. tr. 1. cap. 35. hunc autem mulieres haudquaquam appeterēt, niſi haberent ſemen, teſteſq; Gal. doctr. 2. de ſemine cap. 4. tum deniq; Concubitus, qui eſt ſolummodo ætate florentium, ſi autem talem ætatem præcedit, aut ſubſequitur, tunc tales homines, aut ſemen non infundunt, aut infœcundum, aut malè fœcundum, Gal. doct. 2. de ſanit. tuen. cap. 2. *cap. vlt.* *Mulieres cũ ſemine, ac teſtib.* *Quibus cōpetat concub.*

Vſum modò venereum, podagram inducere opinātur Antonius Ludouicus Medicus, & Quintus Serenus de medicinæ preceptis ſaluberrimis, pmoti auctoritate Hipp. 6. aphor. 28. & 30. vbi nec Eunuchi, (qui coeundi cupiditatem penitus amittunt, ex Gal. 2. de ſemine cap. 6.) nec pueri ante Veneris vſum podagra laborant. *Venus podagrā inducit.* 1.

Ex ratiocinijs autem erit alterum, Veneris vſus neruos lædit, debilitatq; cerebrū, 2.
cuius virtus extenditur maximè ad pedes; quinimmò, vt Galenus loquitur 3. de vſu part. neque cerebrum ſine pede, quo illud vtitur, tanquam veicholo quodam, neque pes ſine cerebro, à quo iſte ſenſum habet; ergo vſus venereus podagram inducit. Ante- *cap. 11.*

tece-

tecedens probatur ex Gal.3.Hipp.de morb.
ægr. 16. vulgarib.com 3 Conſequentia, nam quicquid lædit neruos, & debilitat cerebrum, inducit podagram, vt colligitur apud Gal. in com.Hipp.6.aphor.28.

Alterum autem, ſi vſus venereus debilitat corporis noſtri digeſtionem, & minuit calorem innatum; ergo vſus venereus podagram inducit; ſed primum, ergo & ſecundum. Conſeq nam quicquid debilitat corporis noſtri digeſtionem, & minuit calorem innatum, podagram inducere poteſt, vt colligitur ex Gal.in com.Hippoc.6. aph.28. aſſumptum probatur ex Auicenna
cap. 12. lib.3.fer.20.tract.1. Sit modò exemplum,
Exemp. Leander Abydenus, qui dum laborabat podagra, ob vſum venereum laboraſſe fuit exiſtimatus.

Pro neg. parte. Negatiuam modò partem defendunt Philaretus, & Auempaces Medicus Hiſpa-
1. nus, etenim quæcunqne ſunt à natura inſtituta propter humanam ſalutem, hæc non poſſunt eſſe in cauſa podagræ; at vſus venereus eſt à natura inſtitutus ob humanam ſalutem, quinnimmò propter eiuſdẽ con-
cap. 12. ſeruationem, ex Galen.14.de vſu partium,

ergo

ergo &c. Amplius quicquid pituitæ redundantiam exſiccat, ac humores per halitum digerit, remouet morbum podagricum, vt colligitur ex Gal. in com. Hipp. 6. aphor. 30. At vſus venereus vtrumque præſtat ex Gal. in 6. Hipp. de morb. vulg. com. 5. ergo &c. 2. *tex. 23.*

Huius quæſtionis pars vtraq; eſt vera ſecũdum varios reſpectus, eoq; magis, qđ Galen. de ſanit. tuen. teſtatur, ex Venere nonnullos lædi, nõnullos verò alios extra noxam ad ſenium vſque Veneris vſui ſufficere: Vſus itaque venereus conſideratus, vel ab ijs hominibus, qui tali alicui negocio ſtudent, in quo caſtos eſſe optimum iudicant, & de huiuſmodi viris loquitur Gal. 1. de ſemine cap. 15. vel ab ijs hominibus, qui filios ſuſcipere haud curant, ſuntq; homines illi, qui ſe ad Olympia ſe exercent, taliſq; victoriæ ſunt adeo cupidi, vt promptè concederent cuiuslibet partis corporis, vel teſtium exciſionem, victoriæ cauſa, & de his ſermonem facit Gal. 1. de ſemine, vt ſupra, de quibus in prĉſentia non loquimur, cum vſus venereus, à quo ſe abſtinẽt, nullo pacto ſit talibus futurus in cauſa podagræ; *cap. 14.* *qui filios ſpernãt.* *Adhuc qui filios ſpernant*

dagræ; Vel denique ab i js hominibus, qui ſubſequentis prolis ſunt cupidi; & tunc vſus venereus, cum propria tamen vxore, alioquin potius mori, dictum Agis Lacedæmoniorum Regis, ne dum Roderici de Caſtro S. R. E. Cardinalis, qui ſæpiſſimè ob retentam ſeminis redundantiam (iudicabatur enim plurimo ſemine exuberare, præſertim cum otio, & delicijs fuiſſet educatus) dum Romæ morabatur, continua ferè capitis grauitate afficiebatur, cibos ſingulos faſtidiebat, febribus in dies fiebat obnoxius, atque vt deterior erat ipſis appetentia, ita & concoctio minor, caſus propoſitus à Gal. *6*. de loc. aff. & cum nullum remedium neq; intrinſecum, neq; extrinſecum (de quo vtroque loquitur Gal. lib. *6*. & *9*. de ſimpl. medic. facult. nenon Auicennas de motu, & quiete tr. 2.) adinueneretur, ex medicis vnus, & facilè cubicularius, enunciauit ipſi, ſi vellet breuiſſimo tempore fieri ſalubris, ac impoſterum non amplius huiuſmodi ægritudine affici, opus illi fuiſſet concubere; cui ſermoni (& maxima ira percitus) reſponſum dedit, nolo, vnquam dicatur, vt Rodericus Cardinalis

Seminis copiæ effectus. *cap. 5.* *Remed.* *cap. 9.* *Medici cubicularij cõſil.* *Reſponſ.*

nalis de Caſtro in tale vitium inciderit, quare malo mori, quàm huius peccati turpitudine vnquam fœdari. Verum Armelini animalis ſymbolum, quod vbi ſe à venatoribus circunueniri animaduertit, mauult mori, quam inquinari. Vſus ergo venereus cum propria vxore, (ſuppoſitis hominum viribus firmis, vt adnotat Galen.in com.Hipp.de morb.vulg.) poteſt exerceri, aut moderatè, rarò, & opportunè, aut è cõtra Gal.doctr.in com.Hippoc.6. aphor.nec non lib.6. de ſanit. tuen. atq; tandem in 6. Hippoc.de morb.vulg.cæterum in libro ad Thraſibulum ſub alijs verbis, dum enunciatur, non ſolum veneris, ſed etiam curæ, ac ſtudiorum quantitas, qualitas, & occaſio eſt dignoſcenda: ſi enim moderatè (idq; intelligendum per reſpectum ad ætatem; naturam, ſeù temperamentum; conſuetudinem; tempus; regionemq́;) tunc vſus venereus non erit in cauſa podagræ, quia in corpore noſtro digeſtionem haud debilitabit, neque calorem innatum imminuet, hocque pacto filij ſolent eſſe matri ſimiles, id, quod accidit, quia matris ſemen vna cũ ſanguinis menſtruo propter veneris mo-

Armelini ſymbolum.

cap.5.t.23.

Vſus venerei diſtinctio.

Aph.28.

cap.6.

c.5.t.26

Moderatè.

Cur filij matris ſimiles.

derationem in vtroque vincet, ac omnino ſuperabit patris ſemen; non tantummodo in quantitate, ob quam Ariſt. lib. 4. de gener. animal. ne dum Empedocles filiorum ſimilitudinem fieri opinatur; (ſic enim actio prodiret à materia, quod eſt falſum, cum actiones nunquam à materia, ſed ab efficiente producantur, eſt enim actio motus agentis ex Gal. de ſympt. differentijs) ſed in qualite pro vt ſcilicet ob dictam veneris moderationem, dictæ matris ſemen (habita patris ſeminis ratione) fit multo calidius (cum aduratur) cui tribuendam iudicarem vim augendi, & efficiendi.

cap. 4.

Actiones nõ à materia ſed ab efficiente.

cap. 1.

Cæterum ſi raro, pariter non erit in cauſa podagræ, cum nerui haud lædantur, neq; cerebrum vllo pacto afficiatur, atque ob huiuſmodi cauſam filij erunt patri ſimiles, id, quod eueniet, quia patris ſemen, ob veneris raritatem vincet, ac omnino ſuperabit matris ſemen, non ſolum in quantitate, ſed etiam in qualitate, ratione ſcilicet tanti caloris, quo tale ſemen virile, ob interpoſitum huiuſmodi tempus erit præditum; vnde Gal. 3. de medicamentis facilè parandis ſtatuit, viris ætate florentibus, ſemel

Ratio.

Cur filij patris ſimiles.

nu. 166.

mel in ſeptimana eſſe coitu vtendum. Si quis autem maiorem filiorum ſimilitudinis erga patrem, vel matrem intelligentiã, & certitudinem optauerit, eũ nequaquam pigeat legere librum elegantiſſimum Ioannis Cottunij de triplici ſtatu animæ rationalis diſp. 7. *ſect.* 1. *&* 11.

Sin deniq; opportunè id quod fiet poſt noctem mediam teſte Gal. cuius cauſam ipſe nequaquam affert; cæterũ Auicennas lib. 3. fen. 20. non videtur prætermittere, cum ſcriptum reliquerit; Coitum illum eſſe bonum, qui fit in hora, quã ſequitur ſuperfluitatum euacuatio, alleuiat enim corpus, & ipſum ad augumentum præparat. Opportunè etiam ſtatuetur, ſi primò laborabitur, deinde cibus, & potus aſſumetur; poſtmodum dormietur Galeni ſententia lib. 2. de ſanit. tuen. tunc ſimiliter vſus venereus non erit in cauſa podagræ, nullum enim iuncturarum dolorem inferet, neque capitis grauitatem, vt adnotat Auicennas de motu, & quiete tr. 6. cap. 9. filij poſtmodum poterunt eſſe tum ſimiles alterutri, ob rationes adductas; tũ diſſimiles, diſsimiles, autẽ, vel quando ſimul atq; tã maris, quam fœmi-

ibidem. *tr.* 20. *cap.* 7. *cap.* 2.

Cur filij à patre, & à matre diſſimiles.

fœminæ ſemen fuerit optimè refrictum ex Philotimi opinione. Vel caſu, & fortuna, vt Praxagoras venire putauit. Vel ſecundum Empedoclem, & Agathinum propter mulierum cogitationem, quam inter concipiendum habent, ſiquidem nonnullas, quòd pictam imaginem, ſtatuamue aliquã eo tempore adamabant, illi imagini, ſtatuæue ſimiles fętus plerunq; genuiſſe, vulgo fertur. Vel ſecundũ ſtoicos tacita quadam diſcordia radiorum, & ſimulacrorum mentis, quo tempore ſemen pro generatione effluebat. Vel tandẽ per naturã planetarũ naſcitur; neq; hac in re mirãdũ, (idq; animi cauſa) nã Philoſophi indubitãter aſſerũt

Not. teſt. Hipp. de genitura ad finẽ, quod omnis ſubſtantia corporea animata iuncta ſit, & ligata in planetis, & ſignis, quatuorq; elementorum nexibus, & hoc facilè approbatur auctoritate Alexãdri, Imperatoris Macedoniæ, ſic dicẽtis, quod Natanabus Rex

Natanabi hiſt. Aegyptiorum pater eius, ſecundum opera planetarum cum matre ſua Olympiade concubuit, & per ſuam Mathematicam, &

Aſtron. ratio. Aſtronomicam rationem prçcauit, vt non cognôſceret eam, niſi in talibus horis, in quibus

quibus ex operatione planetarũ, & ſigno-rum figuram traheret, non ex patre, nec ex matre; conſiderauit enim propriè ſolem venturum in Leonem, propriam dicti Solis domum, & Saturnum in Taurum, à quibus volebat filium ſuum naſciturum vtriuſq; figuram, & naturam principaliter retinere; à Leone igitur tenuit criſpitudinem capillorum; citrinum colorem; toruum aſpectum, vultum, iram, & robur; quoniam vero Aquila tenet proprietatem à Leone in hoc ſolo; Et quòd Aquila altius volat cæteris auibus, & acutius videt, ideo Alexander habuit ex proprietate ſui ſigni oculum vnum aquileum, & naſum; Et vt Sol clarus eſt præ cæteris, & quando eſt in Leone fortior; Sic ille toti mundo eſt dominatus; ex Tauro verò cõtraxit cornutã frontem, & corpus altum, & ferociam, Taurus enim terram findit ingenio ſimplici, & opere pio; Et quia Draco habet proprietatem in ſigno Tauri, & magnitudine, & ſenſu, & Draco ſupra habet dentes acutos, & alterum oculum, in ſimilitudinem Draconis oculos habuit, & vt Saturnus altior eſt omnibus planetis, & in humilitate,
& ſub-

& ſubtilitate ſuperat opus cæterorum planetarum, ſic Alexander vniuerſum ferè terrarum orbem ſuperauit. Conſimiliter ſi quis optauerit filium, qui maxima equitationis cupiditate cum ſua laude teneri debeat; ſitq; ſcientias maximè actiuas, acquiſiturus; necnon corporis fortitudine, ingenio, & animo pollere facile poſſit, ſtudebit, vt Sol, in ſua vxore cognoſcenda, ſit venturus in Sagittarium, & Mercurius in Capricornum, & ita genitus fuit Alcmæon Athenienſis filius Megaclis, qui ob ſuæ vxoris cognitionem tempore iam enarrato genuit dictum Alcmæonem, non modò equitandi cupidum, ac in huiuſmodi diſciplina valde peritum, ſed etiam fortem, ingenioſum, animoſum, ſcientijſq; (maximè actiuis) ornatũ, ſi fides ſit quibuſdam Philoſophis naturalibus præſtanda: cæterum alias in hoc genere adnotationes, obſeruationeſq; cũ ſuis exemplis omittã, & Aſtrologis omnia ſecundum naturales rationes iuxta Aſtrologorum placita per bellè admodum conſiderantibus totum hoc negocium dimittam. & Deo rerum omnium auctori relinquam.

Exempl.

Licet

Licet autẽ ex enarratis conludatur, omnes matrimonij vinculo colligatos fore fęcundos, attamen multa etiam concurrunt, ob quæ nuptui dati fiunt ſteriles, quænam talium ſit cauſa, cauſáq; ex muliere, an ex viro, an deniq; ex vtroq; tradetur à nobis in lib. 3. cap. 39. in quo, & de maſculi, ac fœminæ generatione, atque hoc, vbi maximè fient verba de viperarum qualitate, ac virtute.

De Somno, & vigilia, vt podagræ cauſa. Cap. XIX.

PErarduum ſanè videtur opinari Somnum, & vigiliam inducere podagram ob vtriuſq; vtilitatem, quinimmò neceſſitatem, vt Gal. adnotat in arte medicinali, accedunt non modò ſomni effectus, ſeù operationes, quarũ meminit Paulus Aegineta lib. 1. de re medica cap. de ſomno, dũ ſcriptum reliquit; Somnus eſt animalium „ facultatum quies, & bona humiditate ce- „ rebrum rigante contingens, cibos conco- „ quit, dolores mitigat, laſſitudines lenit, di- „ ſtentorum laxitatem efficit, animalium af- „ fectio- „ *Somni effectus.*

fectionum obliuionem inducere poteſt, & " emotam mentis rationem corrigit. Non " igitur ſine cauſa factum eſt, quod à Poetis nuncupetur omnium rerum pax, & tranquillitas, nec non ſpirituum quies, ita enim Ouidius his carminibus.

Somne quies rerum placidiſsime, Somne Deorũ,
Pax animi, quem cura fugit, tu pectora duris
Feſſa miniſterijs mulces: reparaſq; labori.

Vigiliæ beneficia Sed etiam vigiliæ beneficia, vnde Oribaſius lib. 6. medic. collect. cap. 6. ſcriptis mandauit. " Vigilia plenitudinem per halitum " digerit, quæcunque ſunt in ventre minuit, " & vt per partes infernas exeant, præparat; " languorem diſſoluit, grauitatem diſpen" ſat, reſoluta corrigit, ac robur naturæ, atq; " animo adiungit; & vt hæc omnia facilius *Alexandri Magni exẽplum.* ſuccederent, Alexander Magnus brachio extra cubile protenſo, pilam argenteam tenebat ſuppoſita pelui, vt cum neruorum rigorem ſopor laxaſſet, pilę elapſæ tinnitus ſomnum abrumperet, vigiliamq; induceret, ſiquidem;

ου χρῆ παννυχίως εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.
Turpe duci totam ſomno conſumere noctem.

Nihilo minus podagræ cauſã extare ſomnum,

num, & vigiliam, pro certo habetur apud Hippocr. 2. aph. 3. idq́; ob duas potiſſimum cauſas, quarum altera eſt; nam dū fit ſomnus (qui eſt vna cum Ariſtot. de ſomno, & vigilia cap. 5. infrigidatio quædam) vapores etiam calidiſſimi per venas ad caput eleuantur, infrigidantur, & in pituitam conuertuntur, vnde fluxiones efficit, & effectas auget, & quemadmodum ad diuerſa fluunt corporis loca, ſic diuerſa nomina ſortiuntur; hinc aliquis Poeta: *Quid ſit ſomnus.* *Somnus podagræ cauſa.* *& 1.*

Si fluit ad pectus rebuma tunc dico catharrum "
Ad fauces Branchos, ad nares dico corizā. "
Si fluit iuxta pedes debiles, tūc dico podagrā. "

Altera verò eſt, nam ſomnus præbet nocumentum ad neruorum morbos cum operetur virtutum animalium obtuſionem, laxando ſcilicet, & cordis vias humactando, & turbidam ſpirituum ſubſtantiam efficiendo, cum capitis grauedine, ex Auic. lib. 2. fen. 2 doct. 2. Additur, Quęlibet cauſa podagræ cenſetur illa, quę retinet ſuperfluitates illas, quæ indigēt expulſione apud Gal. 6. aphor. 30. At ſomnus retinet ſuperfluitates illas, quæ indigent expulſione, ex Auic. lib. 3. fen. 12. tract. 2. cap. 6. ergo &c. 2. *cap. 13.* 3.

Syllogiſ. imperfectus ī 2. figura. Licet autem hic ſyllogiſmus ſit imperfectus ob concluſionem affirmatiuam in ſecunda figura, nihilo minus per conuerſionem maioris propoſitionis fit ſyllogiſmus in prima figura perfectus; *Quo reddatur perfect.* ſimili autem ratiocinio cum tali præcepto vſus fuit Ariſt. in libris priorum analyt. cum Alexandro Aphrodiſeo. Somni podagram cauſantis exemplum ſit Seruius Clodius Eques Romanus, quem ob ſomnum in podagram incidiſſe Hiſtorici ſcriptis mandarunt.

Quod poſtea vigilia podagram inducat, haud eſt mirandum, ſi animaduerterimus, vigilias morbos articulares parere, *tex. 5.* ex Gal. in Hippocr. de natura hum. com. 5. Præterea omnibus, quorum materia indiget digeſtione, nocet vigilia, ex Auic. lib. 3. fen. 12. tract. 2. cap. 6. At podagræ materia indiget digeſtione, vt colligitur ex Gal. in com. Hipp. 6. aphor. 30. ergo podagræ nocet vigilia, ſi vigilia poſtmodum nocet podagræ, ergo vigilia eſt cauſa podagræ; ſed primum, ergo & 2.. Hac poſtmodum podagra ob vigilias vulgò iam ferebatur, paſſum fuiſſe Aeneam Syluium.

Vtrum autem podagræ obſit vigilia per ſe,

ſe, vt quæ ob longam inediam contingat, an verò per accidens (vt quæ propter cibos tum validos, tum repentinos, necnon intempeſtiuè exhibitos, ob quos venter grauatur, vnde ſuboritur incoctio, ſeu illa cruditas à Græcis ἀπεψία, Gal. doctr. in com. Hipp. de vict. ratione in morb. acut. com. 2. t. 44.) patefiet in lib. 3 cap. vlt. & lib. 5. cap. 13. vt etiam ſomni Quantitas, Diuturnitas, & Breuitas. *Vigilia diſtinct.*

De Animi accidentibus, & vtrum ipſa animi accidentia diuerſa, Podagram etiam ob diuerſas cauſas inducant.
Cap. XX.

SIcut ob animi affectus (qui ſunt quædam interiores animi commotiones in homine ab appetitu ſentiente, excitato ab obiecto, tanquam à iucundo, vel moleſto, Ariſt. teſtimonio) homines neque laudantur, neque vituperantur, ſed tantum ob illorum vſum, ex Ariſt. lib. 3. ethic. ita in ægritudinibus efficiendis animi acciden tia, quorum meminit Auicennas lib. 1. fen. 2. neque humores ex corpore deturbare, *Quid ſit affectus animi.* *in libris ethicor.* *cap. 3.* *d. 2. c. 14*

neque aliquam corporis noſtri partem imbecillem reddere ſolent, cum velociter ceſſent, & citò deleantur: at verò propter illorum vſum, cum in imaginatione, ac phantaſia perdurent, terminumq́; excedant, dictorum humorum impuritates expelluntur ad partes imbecilliores, vt viſcera ſuas functiones ſalutares, ac puras exarant, & ad optimam craſim reuocentur, idq́; faciliùs huiuſmodi animi accidentia præſtabunt, ſi quam mouerint criſim: mouebuntq́; aut timore, ob quem ventris etiã fluxus, vomitus, & vrina; aut gaudio, cuius cauſa præcipuè ſudor, Auic. doctr. lib. 4. fen. 2. Cum autem animi accidentia moueant aliquando criſim, non ſunt omni ex parte aures præſtandæ medico (cuius nomen modeſtiæ cauſa ſilentio inuoluam) reprehendenti duos alios medicos, quorum alterum ipſe putabat fuiſſe in cauſa cuiuſdam patientis podagram, ob malam febris tertianæ ſimplicis curationem: alterum autem ob nimis citam, & intempeſtiuam diarrheæ conſtrictionem; hoc enim ob naturæ criſim, de qua Auicennas; non autem ob cauſas illas, quas dictus medicus opinabatur,

Animi accidentium effectus.

tr. 1. c. 2.

Cur interdũ podagra?

Loco cit.

batur, contigiſſe potuit. Vt vt eſt, animi accidentia podagram inducere nos comprobare poſſumus non tantummodo, quia animi accidentia in corpus operentur, ſicuti Polybus Hippocratis diſcipulus opinabatur, ſiquidem omnia, quæ corpori adueniunt in ipſum non operantur; ſed præter hoc tria ſunt neceſſaria, Fortitudo ſuæ virtutis agentis, Fortitudo virtutis corporis præparatiuæ, & Poſſibilitas permittendi vnum tangere aliud tanto tempore, vt in tali, quale illud poſſit ex vno prouenire operatio in aliud, quę omnia in huiuſmodi animi accidentibus cõcurrunt, & ob id ipſã podagram inducunt, bonas cõcoctiones arcẽdo, & laxando vias illas, per quas materia ſuperuacanea moueatur, petatq; pedis vnius, vel vtriuſque articulos imbecilles. Quænam poſtea ſint viæ illæ, per quas materia in corpore humano ſuperuacanea moueatur, pedeſq; petat, tradetur in cap. 27. huius primi libri; certum autem eſt, quod non ſunt tantummodo ſpatia illa media inter cutim, & carnem, ſicut Ioannes Fernellius fuit opinatus, cum pręter dicta ſpatia ſint tum venæ, tum arteriæ, vt infra clarius

quatuor neceſſaria, vt res operetur in corpus.

Quõ animi accidẽt. inducãt podagram

Via, per quas materia petat pedes.

riùs oſtendetur. Quòd autem propter animi accidentia incidant perſonæ in podagram, teſtari poſſunt tum Caius Marius, tum Quintus Catulus, ambo enim vbi animi accidentibus afficiebantur, interdum ſtatim, interdum paucis interpoſitis diebus nullo commiſſo in victus ratione errore à podagra vexabantur.

Ob quæſtionem modò illã, in qua quæritur, num animi accidentia diuerſa podagrã etiam ob diuerſas cauſas inducant: ratione tituli, Sciatur, quod per animi accidentia, intelliguntur animi moleſtiæ, vt apud Hippocratem, necnõ animi affectus, ex Gal. de dign. & cur animi morbis, adhuc animi perturbationes, quæ ſunt motus quidam præter naturam rationales in ſapientum animis non exiſtentes, Gal. doctr. lib. 5. de decr. Hipp. & Plat. Verumenimuero per animi accidentia diuerſa deprehendimus varios animi affectus, qui vt animæ operationes ſunt, dicuntur naturales: at verò vt nos benè, vel malè afficere poſſunt inter res non naturales connumerantur: Suntq; in genere, ſecundum Ariſt. in libris Rhetoricorum, & Ethicorum, vel toto ge-

l. de humorib. cap. 3.

cap. 2.

Vtrum aĩ affec. ſint res nãles.

Animi aff. in genere.

genere boni, vel toto genere mali; vel indifferentes; cęterum in Specie, & penes Lucium Bibulum ſunt Gaudium, Dolor, Spes, ac Metus; vnde Virgilius: *aĩ aff. in ſpecie.* *6. Aene.*

Hinc metuunt, cupiunt, gaudentq; dolentq;.

Cæterum apud Galen. lib. de dig. & cur. animi morb. ſunt Amor, & Odium: præterea Ira, Impetus, Timor, Mæror, Inuidia, Cupiditaſq; vehemens. Quod poſtea huiuſmodi animi accidentia diuerſa inducat podagram ob diuerſas cauſas, pro confeſſo habebitur, dum quis conſiderauerit Amorem, & Odium eſſe animi affectus contrarios, vt teſtatur Archigenes, quo circa laborantes podagra ob amorem, qui eſt appetitus perfruẽdi pulchro ex rei amabilis aſpectu ortus, hinc græcè ἔρως laborant ipſa ob ſanguinem, qui eſt plurimum calidus; pro eo, quod eſt receptaculum amoris, Gal. doctr. de vtilit. reſp. quare non eſt mirum ſi Medea illa inſignis incantatrix Acetę Colchorum Regis filia, dum in Græcia, quo iuerat cum Iaſone, quem perditè deamabat, exiſtimabatur laborare ob ſanguinem calidiſſimum, propter quam cauſam ipſa erat fęminarum libidinoſiſſima, iracundiſſima, *cap. 3.* *Quid ſit Amor.* *Qui ſanguis ſit amoris receptaculum.* *Medea hiſt.*

ſima, & calidiſſima; vnde talem Medeam nuncupat Gal. 3 de decr. Hipp. & Plat. viſceroſam, vt quæ omnes trium viſcerum (nempè hepatis, cordis, & cerebri) facultates, & motiones vegetas, vehementeſq; habebat, vnde non immerito de ipſa, ita inquit Euripides:

cap.4.
Cur Medea viſceroſa.

Quidnam faciet anima
Viſceroſa, atque inquieta
Oeſtro irritata malorum?

Quid ſit Odium.

At verò laborantes podagra propter odiũ (græcè μίσος cum ſit mala voluntas, non ſolum aduerſus mala operantes, ſed etiam ex Ariſt in lib. Ethicorum, contra eos, qui nobis aduerſantur, vel etiam quos nobis aduerſari ſuſpicamur) laborant ob ſanguinem ab amore diuerſum, cum odio amor obſiſtat ex Hieronymo Cardano, ſit huius exemplum Iaſon, qui dum, poſtquam Medeam in Græciã duxerat, cæpit eam odio proſequi, tantumq; fuit, vt ipſam repudiauerit, & ad ſecundas nuptias cum Glauca, Creontis filia, tranſiuerit, & poſt breue tempus inciderit in podagram, quæ fuit iudicata, ipſi contigiſſe ob illud odiũ, quo dictam Medeam proſecutus fuit, fuitq; tan-

Iaſonis exempl. & hiſt.

tantum, vt in rancorem contra ipſam tranſiuerit. Accedit Auicennas de viribus cordis, oſtendens qualiter ſanguis, ſecundum eius diuerſitatē operetur differentes cordis paſſiones, terreſtris enim, & turbidus cum ſummæ caliditatis additione, diſponit homines ad iram, cum triſtitia, & perſeuerantia. Siquidem propter ſuam caliditatem velociter inflamantur ſpiritus; ex hoc autem, quod generantur ſpiritus turbidi, triſtitia introducitur, tandem propter ſpiſſitudinem generatur ira firma, nam ſpiſſum quando calefit, tardè infrigidatur, Auicennæ doctr. at huiuſmodi ira non parum violenter animum perturbat, cum inſtar ignis cineribus ſepulti ſe habeat, quo fouetur, ac conſeruatur ſine vllo interitu, aut imminutione; ob quem poſtea ſanguinem terreſtrem, turbidum, & calidum, iam legimus Venceslaum Bohemiæ Regem, non ſolùm incidiſſe in morbum podagricum; ſed etiam poſt aliquod tempus in paralyſim, ac tandem vitam cum morte commutaſſe.

cap. 8. *Cur varia cordis paſſiones.* *Cur ira, cum perſeuerantia.* *loco cit.*

Subtilis autē ſanguis, & cholericus, necnon ſplendidus, diſponit homines ad iram

Cur ira abſq; perſeuerantia.

O qui-

quidem, ſed cũ lætitia, & facilè delebilem, cum generentur ſpiritus clari, ac tenues, ob quem ſanguinem ſubtilem, cholericum, & ſplendidum legimus iam incidiſſe in podagram Conſtantium Imperatorem, qui nihil vnquam agebat præter rectam vſus rationem, innuens: Imperatori maximè meditanda eſſe otiosè, nec præcipiti momento decernenda, quæ plus temeritatis, quam ſapientiæ in Imperatore arguant: Et ita enunciãdum eſt de alijs particularibus animi accidentibus, quorum curationem diuerſam, & præſeruationem ſigillatim aperiemus in lib. 3. cap. 58. & lib. 5. cap. 14.

Exemp. Cõſtãtij Imperatoris.

Vtrum Podagra poſsit ab hominibus prouocari, quotieſcunque voluerint. *Cap. XXI.*

ARiſt. 2. polit. cap. 8. tradit: melius eſſet „ omnia lege fieri, quam hominum „ voluntate, quæ non eſt tuta regula; nihilominus in diſputationem vertimus dictam quęſtionem, pro cuius titulo notatur dictio illa PROVOCARI, quę pręſefert idẽ, ac cauſari, cętetum notatur QVOTIESCVNQ. VOLVERINT, ideſt

Quæſt. tituli ratione.

ideſt ſit in hominum poteſtate, non autem in voluntate ſimpliciter; nam quicquid eſt in hominis poteſtate, cenſetur eſſe etiam in voluntate, ſed non è contra, teſte phil. lib. 2. rhetor. *ad Theo dectem.*

Pro parte modò negatiua; Quæcunque non ſunt in abſoluta hominum poteſtate, hæc non poſſunt ab hominibus prouocari quotieſcunque voluerint ex Ariſtot. At podagra non eſt in abſoluta hominum poteſtate ex Gal. 1. de ſimpl. med. fac. ergo podagra non poteſt ab hominibus prouocari quotieſcunque voluerint. *Pro neg. parte.* *1.* *cap. 27.*

Si cui verò hic ſyllogiſmus videatur imperfectus, quòd conſtet ex puris negatiuis, ex quibus nihil penitus concluditur, teſte Philoſ. in libris priorum Analyt. huic vnà cum Ariſt. interpretibus tam Græcis, quam Arabibus, & Latinis, Reſpondetur huiuſmodi ſyllogiſmum reddi perfectum, vt ipſi docent, per appoſitionem particulæ negatiuæ poſt verbum in minori propoſitione, adeo vt huiuſmodi propoſitio ſit de ſubiecto finito, at de prædicato infinito. *Dub.* *Reſp.*

Amplius, quæcunque non deſiderantur ab hominibus, hæc non poſſunt prouocari

ab hominibus quotieſcunq; voluerint, ex
tex. 50. Auerroe in com. Ariſt. lib 3. de anima. At
Podagra deſideratur non ab hominibus,
nemo enim vult, quod eſſe malum norit ex
Ariſt. 2. moral. eud. cap. 8. ergo &c. Addi-
Galerij exempl. tur exemplum Galeri j Imperatoris, probè
morati, & in re militari egregi j, qui Cæſa-
res duos creauit, Maximianum ſcilicet,
quem Orienti præfecit; & Seuerum, cui
Italiam dedit, huiuſmodiq; Galerius poda-
gra, quam alias paſſus fuerat, affici cupie-
bat, cum vermes continuò de corpore in-
ceſſabiliter emitteret, neque tamen huiuſ-
modi deſiderium adimpleuit, quare ob
hanc cauſam peri jt.

Pro parte affirmatiua. Pro affirmatiua modo parte: Si virtute
alicuius alimenti, vel medicamenti poteſt
homo ad libitum podagram accerſere; vti-
que Podagra poteſt prouocari ab homini-
bus, quotieſcunque voluerint; ſed primum,
ergo & 2. Conſequentia probatur ex tra-
lib. 5. de ſimpl. m. fac. ditis à Gal. Aſſumptum autem ex Ioanne
Schenckio lib. 5. de Arthritide. Eſt. n. exē-
Exemp. plum Arturi Britannorum Regis, & Pro-
ſperi Alpini, illi. n. Cyprinorũ eſu pinguio-
rum, huic autem ob externa medicamenta
parata

parata erat ſemper Podagra. Non omittam exemplum, quod obſeruaui in duobus viris primarijs, quorum alter, vbi à ſua propria, & particulari victus ratione diſcederet; alter (autem vteretur inordinato, ac intempeſtiuo motu tam in equitando, quam in venando) illico, vel paucis interpoſitis diebus in podagram inciderent.

Circa dictæ quæſtionis determinationem ita ſentio, Podagram prouocari ab hominibus quotieſcunque voluerint, aut abſque tranſgreſſione aliqua in victus ratione, hoc eſt in vna, vel pluribus ex ſex rebus non naturalibus, tunc nullo pacto poterit cauſari podagra, eſtq; Galeni ſententia in com. Hipp. 6. aphor. 28. At tranſgreſſione vnius, vel plurium ex illis ſex rebus non naturalibus, quarum meminit Galenus in arte medicinali; tunc vel quotieſcunque voluerint ſimpliciter, hoc eſt ſemper, & tunc non neceſſe, quod podagra prouocetur, at ſæpè, ac ſæpiùs (& maximè nullo alio morbo actu exiſtenti) tunc omnino poſſet concedi, quod podagra poſſet prouocari, & hiſce diſtinctionibus vnuſquiſque poteſt ſatisfacere tum rationibus, tum

Propria ſenten.

cap. 85.

tum exemplo pro vtraque parte, ac maximè ſi addatur illa vniuerſaliſſima diſtinctio Per ſe, vel Per accidens, cuius diſtinctionis meminit Ariſtot. lib. 2. de phyſ. auditu tr. de cauſis.

De internis Podagræ cauſis in vniuerſali, tamq; immediatis, quam mediatis. Cap. XXII.

VErbis duntaxat tenus commune eſt, naturam alicuius gratia moliri omnia, nihilq; ſine cauſa: teſte Gal. lib. 2. de natural. fac. *cap. 4.* Eſt tamen Eraſiſtratus adeo audax, vt millies id deſtruere conetur, vbiq; enunciãdo fruſtra ſplenem, fruſtra omentum, fruſtra arterias, quæ in renes inſeruntur, & huiuſmodi alia: omittatur igitur Eraſiſtratus, & cũ Gal. *lib. 1. m. med. cap. 7.* enunciemus axioma illud: οὐδὲν εἶναι τῆς αἰτίας ἄνευ, nihil fieri abſq; cauſa, cuius cognitio in ſingulis morbis eſt omninò à medicis popularibus, ne dum à probatiſſimis habenda, Gal. doctr. in com. *c. 3. t. 13* Hipp. de alim. Verùm ipſam inuenire, vim magnam habet in omnibus morbis, ex Gal. 2. ad Glauc. c. 1. quinimmo illud pro comperto

perto habendum, non poſſe vllũ affectum ex eodem Galen. 8. met. med. ad perfectio- *cap.* 12.
nem ſanari, manente adhuc ipſa cauſa; quã præcipuè internam, & in vniuerſali, necnon immediatè arbitror eſſe illam, quæ morbum præſentem conſeruat, & ipſa ſublata, morbum tollit, ad differentiam alterius cauſæ internæ, ſed mediatæ, quam puto, non quidem obſtructionem (vt nonnulli è recentioribus aſſerunt) ſed cruditates; Quod verò non ſit obſtructio, ætiologia *Recentiores im pbātur.*
eſt, quia ipſa eſt ex ſe morbus, morbuſq; inſtrumentalis, cui contrariatur græcè ἔκφραξις, quam recluſionem (puto) dixeris; Gal. teſtimonio 11. meth. med. non itaque ob- *cap.* 13.
ſtructio poteſt eſſe vllo pacto morbi cauſa interna; & ſi fortè fortuna cenſeatur cauſa interna, ſaltem opus erit eam ſtatuere cauſam internam immediatam, non autem mediatam, ſiquidem obſtructio interdum oritur ex humorum abundantia: interdum ex ipſorum qualitate, prout ſcilicet ſint *Obſtructionis cauſa.*
lenti, glutinoſi, & craſſi, Gal. doct. 10. met. med (Non inficias itur, quin fiat interdum *cap.* 2.
à caruncula, à tumore, à callo, à grumo, & huiuſmodi) noſtri corporis interiores canales,

les, ductuſq; infercientibus; quocirca hęc ipſa obſtructio differt ab anguſtia; fit enim iſta, vel ab aliquo extrinſecus comprimente, introq; impellente meatuum latera, vel his in ſe ipſa concidentibus, idq; cogente frigidorum adſtringentium, aut exſiccantium vi, virtuteuè.

Iam verò ſic exploſa aliquorũ opinione de Obſtructione, quã penitus excludimus à cauſa vniuerſali mediata, ſtatuimus Cruditates, quas cenſemus podagræ (de qua hic ex profeſſo ſermo) vt & aliorum morborum cauſas vniuerſales internas, ſed mediatas; quandoquidem huiuſmodi cauſæ mediatæ nõ niſi alterius auxilio ad actum feruntur, nec per ſe, ac ſuaptè quicquam agunt, ſic Cruditates, ex Gal. doctr. in com. Hippoc. de alim. dicuntur morborum cauſæ internæ, ac mediatæ, quę per ſe non dum quicquam agunt, ſed ſolum poſſunt; de quibus falsò Olympicus aſſeruit eas in vna ſolum corporis parte (vt potè in ventriculo) reperiri; nam conſtat etiam generari in pluribus, nempè in Cerebro, in Hepate, in Corde, Pectore, Ventre, Vena caua, alijſq; venis, ex Gal. in 1. Hippoc. de morbis

Cruditates ſunt cauſæ mediatæ

c.3.t.13

Cur cauſæ mediatæ.

c.2.t.44

bis vulgar. & 12. methodi meden. cap. 3.

Etenim & ipſæmet cauſæ internæ tam mediatæ, quam immediatæ (de quibus ſermonem fecit Galenus 6. aph. 30. & in com. Hippocr. de Alim. nedum Hier. Mercur. de morbis puerorum) pluribus reperiuntur ſynonimis à viris doctis acceptæ, quippe Gal. cauſas internas tam mediatas, quam immediatas nuncupat cauſas ex nobis ipſis in com. Hippocr. de nat. hum. interdum cauſas in noſtro corpore, de opt. ſecta ad Thraſybulum, græcè poſtmodum τὰ προηγούμενα lib. 1. meth. med. At cauſas internas mediatas nuncupat ipſemet Galenus 1. ad Glauc. & propinquas, & antecedentes, vt quæ ſoleant antecedere cauſas internas immediatas, quas vocat in lib. 1. de ſympt. cauſis. Proximas, contentiuas, & continentes.

cap. 3. tex. 13. *Synonima internorũ.* *c. 2. t. 5.* *cap. 2.* *cap. 5.*

Ex dictis infertur cauſam internam, ſed immediatam eſſe humorum, vel quantitatem, vel qualitatem, vel vtramque ſimul. Mediatam verò eſſe cruditates, & quæ ob inordinatam alimentorum ingeſtionem, aut multitudinem, aut qualitatem maximè contingunt. teſte Gal. lib. 5. de loc. aff.

Corrolarium. *cap. 6.*

De huiuſmodi poſtea obſtructione, nec non cruditate diffuſius in lib. 2. cap. 2. lib. 3. cap. 4. & ſeq. lib. 5. cap. 4. & ſeqq.

Vtrum Podagra ſit hæreditaria. Cap. XXIII.

MAximè mirum eſt opinari, Podagram eſſe hæreditariam, per quam dictioné interpretamur nos haud aliquod bonum externum, de quo D.Th. in comm. Ariſt. 6. polit. Sed aliquam imperfectionem conceptam in Matris vtero propter alterius, vel vtriuſque ſeminis, quod à toto corpore omnino decidit, imperfectionem, ſeù vitium, vt colligitur apud Galenum in 6. aph. 28. Quod podagra ſit morbus hæreditarius videtur nobis ſignificaſſe Gal. in com. Hipp. dum ſcriptum reliquit; plerique nunc podagra infeſtantur, & quod parentes, & auos multi podagricos habuere: vt liquet in hoc exemplo. Ab Hyppolito de Bonconſigli js podagroſo duxit ortũ Ioannes, Iacobus, & Franciſcus; Franciſcus autem fuit podagroſus, vt etiam Ioannes, non autem Iacobus; à dicto poſtmodum Franciſco

6. aph. 28.

ciſco natus fuit Petrus, & Hypp. hic fuit podagroſus; ille autem nequaquã. Apertè poſtea docet Auicennas lib. 3. fen. 22. tr. 2. *cap. 5.* enuncians Podagram eſſe ex ſumma ægritudinum, quæ hæreditantur. Inter exempla quamplurima, quæ poſſem referre, hoc vnum ſubijcio; à Lucio Aemilio de Sardis podagroſo deſcendit Antonius de Sardis podagroſus; Ab Antonio poſtea Ioannes ſimiliter podagroſus: à Ioanne Attilus, qui & ipſe fuit podagroſus, quare ſi à dicto Attilo alij ortum duxiſſent, podagroſi facile fuiſſent. Vtriuſq; viri, in medica profeſſione primarij auctoritate liquet, podagram cenſeri poſſe hæreditariam, ſed neq; deſunt ratiocinia, quibus idem confirmari poteſt. *Ratio prima.* primò morbi, qui propter malitiam complexionis membrorum radicalium fluunt, exiſtimantur hæreditarij, ex Auicenna lib. 3. fen. 22. At Podagra fluit propter mali- *t. 2. c. 5.* tiam complexionis membrorum radicalium ex Hippocr. de genitura, ergò Poda- *c. mihi 2* gra eſt hæreditaria.

Ex Hippocr. in lib. de Aere, Aq. & loc. *cap. 6.* & lib. 4 de morbis, poterit eadem opinio roborari hoc ſequenti ſyllogiſmo; Aegri- *2.*

tudines, quæ ſuam ſedem habent in partibus ſeminalibus, ad poſteros, & hæredes tranſmittuntur; At Podagra eſt huiuſmodi, ex Hieronymo Mercuriali, ergò Podagra tranſmittitur ad hæredes.

In tr. de Podagra

Verum i js auctoritatibus, & ratiocini js videntur refragari, quas ex aduerſo rationes adducunt nonnulli, vt Reinerus Solenander in ſuis conſ. med. Victorius Trincauellius de differẽti js febrium, necnon Gal. in 6. aph. 28. Siquidem inquiunt hæreditaria ſolum contingere ope naturæ; Sed Podagra non contingit ſolum ope naturæ, ergò, &c.

cap. 11. *Pro affirmatiua parte.*

1.

Præter hoc ratiocinium firmant altero ſyllogiſmo hypotheticè; Si enim Podagra foret hæreditaria; Vtique nullatenus à deſcendentibus euitari poſſet; At conſequens eſt falſum ex Gal. ergò & antecedens: Conſequentia, nam nullum hæreditarium à deſcendentibus euitari poteſt, ex traditis ab Hipp. lib. de Genitura.

2.

Loco cit.

Circa huius quæſtionis determinationem diſtinguerem (hæreditariam eſſe podagram) nam ſi Podagra ſumatur pro morbo articulari, vt à nobis, ſicuti etiam ſtatuit Reine-

Prop. ſent.

in cap. 1

Reinerus Solenander in ſuis conſil. medic. *ſect.* 4. *nu.* 24. tunc haud eſſe hæreditariam crederem, cũ in familijs hoc nequaquam obſeruetur: ſi verò ſumatur peculiariter pro morboſo pedis affectu, de quo in cap. 5. tunc podagra, ſi ponderetur per ſe, neq; hæreditariam dicimus, quandoquidem natura ſemper ex ijs, quæ cuiq; animalium generis eſſentiæ contingunt, id quod optimum eſt, intendit; ex Ariſt. de animalium inceſſu: ſin per accidens, tunc exiſtimabitur non omnino hæreditaria, ſed potius quaſi hæreditaria (vt etiam dictus Solenander aſſerit) cum ſingulis partibus noſtri corporis innaſcatur in vtero matris certa quædam conſtitutio, certumq; temperamentum, cuius ratione fit, vt hoc membrum ſit longè infirmius, illud contrà; validius; tum propter ſanguinis miſtionem, & ſeminis in vtero conceptionis tempore, tum propter aliquem in parentibus inſignem affectum, cuius ſeminarium, quidem cum ſemine paterno, vel materno ſanguine in nos transfunditur.

Altera diſtinctio.

cap. 2.

Loco citato.

Etenim etiam in morbis hæreditas bifariam perpendi ſolet, nempè. Vel ſimpliciter, & vt ſemper tunc Podagra non eſt hæredi-

Diſtinctio ſimpl. vt Galenus in arte medicinali.

hæreditaria, ſiquidem haud contingit ſolum naturę ope, cum à deſcendentibus euitari poſſit: cæterum ſi conſideretur ſimpliciter, vt multum, eo caſu ipſam poſſumus annumerare inter hæreditarios morbos, vnde dixit [Podagra eſt ex ſumma ægritudinum, quæ vt plurimum hæreditantur] Hipp. autem [Nihil prohibet ex podagroſis podagroſos; ex tabidis tabidos, &c.] Reinerus Solenander [ferè contingit, vt parens podagricus creet ſobolem eidem morbo obnoxiam] verumenimuero ſi perpendatur ſecundum quid, à Galeno in arte medicinali expreſſum per [vt nunc] in tali caſu oportet eam ſtatuere indifferentem, eoq; magis, quod hic loci nequaquam conuenit prætermittere (quod à nullo ſcriptore memini obſeruatum) podagram non ſolum ob vitioſum parentum ſemen accidere poſſe, ſed etiã (& multo magis) interdum ob lac nutricis pedũm doloribus ſubiectæ, interdum ob prauum eiuſdem lac, quod erit, vel quia ſit vtero gerens; vt adnotat Gal. 1. de ſanit. tuen. vel quia comedat praua edulia, quorum meminit Galen. 3. de alim. fac. vel interdum aliena, vt carbones

Loco citato.

Not.

Not. omnino.

cap. 9.

cap. 15.

nes extinctos, terram cimoliam, teſtas, & huiuſmodi, neque mirum, nam id accidit eis omnibus, quibus ventris tunicæ vitioſum aliquod excrementum imbiberunt. Galen. doctr. lib. 1. de ſympt. cauſis tertia interdum ob prauam victus matris, dum vtero gerit, rationem: prauum ſanè nutricis lac, vt etiam praua prægnantis victus ratio, non modò quo ad edulia praua, ſed etiam quo ad edulia aliena, reddere poteſt pueros in ventre morantes; Et podagricos; Et vitioſiori ſucco abundantes; Et intemperatiores; Et tandem varijs præter naturam affectibus præditos. teſte Gal. lib. 3. de alim. fac. & primo de ſympt. cauſis. Non itaque licet abſolutè proferre podagram eſſe hæreditariam, vt facilè colligitur ex Græcorum, Arabum, & Latinorum doctrinis, ſic enim Græci [plerunque, moxque nihil prohibet] Arabes autem [vt plurimum] Latini denique [ferè, ac interdum quaſi] ego denique [facilè, ſeu etiam diſpoſitiuè.]

cap. 7.

cap. 15.
cap. 7.

Neque ſupradictis obſtabit, quod enunciatur ſemen à toto corpore procedere, ita vt à ſanis ſani fiant, à morboſis morboſi,

quia

quia hoc apertè falſum arguitur ab Ariſt.
cap. 18. 1. de gener. anim. videmus enim, & quotidiano docemur experimento à viris imbecillæ naturæ robuſtos, interdum procreari filios, & è contra; à formoſis etiam, & robuſtis matribus generari monſtra, de quibus in præſenti opere non eſt locus opportunus. Sit igitur veluti loco corollarij in hac illuſtri quæſtione diſtinctionis locus, vt quilibet adnotare facile poſſit, quomodo Podagra haberi poſſit hæreditaria.

Hæreditariã eſſe podagram; Vel ſumptam pro morbo articulari. non. Vel pro morboſo pedis affectu, & Aut per ſe. non. Aut per accidens. nihil prohibet.

Adhuc Podagram eſſe hæreditariam; Vel ſimpliciter (& tunc, Aut vt ſemper. non. idq; corroboro exemplo Dini de Donatinis podagrici, à quo genus duxit Carolus, & Guido, quorum neuter fuit podagricus, necnon Thomæ de Zenis podagrici; à quo Camillus Medicus ortum duxit, & tamen ipſe Camillus à Podagra fuit liber. Aut vt multum. vtique.) Vel ſecundum quid, (ſeu vt nunc) & tunc Aut diſpoſitiuè. Vtique. Aut ex habitu; non neceſſe.

Vtrum

Vtrum Plethora, & Cacochymia ſint in cauſa Podagræ, & alterutra eam faciliùs inducat. Cap. XXIV.

NVnquam ferè contingit, quin Podagra (vti etiam quolibet alio morbo) laborantes ſint Plethoræ, aut Cacochymiæ participes, quandoquidem vtraque eſt, ex communi medicorum conſenſu, contentorum vitium; quocirca iure meritò à nobis inquiritur: Vtrum Plethora, & Cacochymia ſint in cauſa Podagrę, eoq; magis, quod plethorici, & cacochymi non eodem modo, ſed diuerſimodè tractantur; ſiquidem non vna ſolum eſt intentio, cum ne vna quidem ſit malitiæ humorum forma, Gal. doctr. in com. Hippocr. de alim. quo circa medicinæ ſaltem ſtudioſi legant iterum, conſiderentq; cap viij. fol 35. & 36. Verum ob dictæ quæſtionis titulum, eſt primò perpendenda Plethora, quæ nil aliud eſt, quam plenitudo ex ſolo ſanguine, vt Gal. de comp pharmac ſecundum loc. c 3. ac interdum cenſetur ſuccorum, ſeu quatuor humorum æquabiliter ſe habentium colle-

Cur Plethora, & Cacoch. diuerſimodè curentur.

c. 4. t. 2.

ctio, redundantiauè per totum corpus, ex
cap. 4. Gal. lib. 4. meth. meden. & lib. 6. de ſanit.
cap. 13. tuen. hinc propriè τὸ πλῆθος, ſeu πληθώρα,
& ab Hipp. ob ionicam dialectum πληθώρη,
oppoſita perfectæ humorum ſymmetriæ,
qua fruitur homo benè temperatus, quam
Plato in corpore ſimpliciter ſalubri ita
compoſuit.

Not. In hominis complexione benè temperata hæc humorum pondera ſolent aſſignari, bis datur ſanguini, pituitæ triens, bili deunx, atræ bili vncia, vt vbique fiat proportio dupla, ſed primi ad tertium ſit quadrupla, ad vltimum verò octupla, vt refert Andreas Taurellus in Orphei Lyra; verum non diſſentimus à Fernellio, opinanti fore corpus humanum ſalubre, ſi in eo minus fuerit flauæ bilis, quam melancholiæ; minus huius, quam pituitæ, & pituitæ minus, quam ſanguinis. Ex enarratis colligitur, quod huiuſmodi plethora non vna eſt, quocirca nuncupari poterit interdum plethora ſimpliciter, hoc eſt ſine alterius particulæ appoſitione; aut non ſimpliciter plethora. Plethora quidem ſimpliciter, vel quando ſanguis ſolus, vel quando omnes

Humorũ diuerſitas ĩ corpore ſalubri.

Not.

Quid ſit Plethora ſimpliciter.

omnes humores ſimul(ſeruata tamen inter ipſos proportione) augentur, non autem vti opinabatur Apollonius, medicus Galeni tempore, [æqualiter] ita vt omnes humores ſecundum eandem quantitatem, ac menſuram inter ipſos adaucti fuiſſent; hinc fit, quod Plethora nuncupetur interdum ſanguinea, vbi ſcilicet ſanguis multò magis adaugetur, quam cæteri humores, qui tamen intra ſuos limites nequaquam manent, ſed & ipſi augentur; interdum biliosa, vbi ſcilicet bilis ſuperat omnes alios in adauctione, reliqui tamen extra ſuos limites exeunt in adauctione (ſed ſecundum proportionem) quare bilioſa plethora, vt & ſanguinea à prædominio: hoc idem aſſerendum de plethora pituitoſa, & melancholica; ſi enim pituita prędominetur, tunc plethora pituitoſa; ſi verò melancholia, tunc melancholica. Non deſunt recentiores enunciantes plethoræ alteram eſſe legitimam, ſpuriam, ſeu notham alteram. Deinde verò [Cacochymia] Græcè vtique vocabulum ἀπὸ τοῦ κακοῦ, καὶ χυμίου, hoc eſt à malo ſucco, vel humore, quaſi dixeris ſuccorum, ſiue humorum vitium, hæcq; di-

Plethora ſanguinea.

Bilioſa.

citur, vbi corpus totum fuerit vel bili vtraque, vel pituita, vel ſeroſis humoribus refertum, ex Galeno lib.4. meth. meden. & *cap. 4.* lib. 13. meth. med. necnon ex Chriſtophoro à Vega de arte medendi, ob quam cauſam huiuſmodi cacochymia non eſt confundenda cum cachexia, vt olim ſibi perſuadebat Teſſalus (& nunc etiam aliqui medicorum) Cachexia enim eſt mala viſcerum conſtitutio, quare malus corporis habitus ex morboſa hepatis principaliter intemperie: Cacochymia verò non eſt viſcerum vitium, ſed quidem ſuccorum, & clariùs, quando humor alius à ſanguine ſolus quantitate ſuperat modum: ſoletq́; cōtingere cum corruptione præſenti, aut cum corruptione, quæ paulo poſt accidet: teſte Gal. lib.4. meth. meden. necnon Chriſtophoro à Vega lib. 2. de arte med. cap. 1.

cap. 6. *cap. 1.* *cap. 4*

Quod modò plethora ſit in cauſa podagræ, probatur non ſolū ex auctoritate Græcorum, ſed etiā rationibus: Sāguinis abundantia eſt in cauſa podagræ; ergo plethora q̃ conſiſtit in ſanguinis abūdantia, ex Gal. lib. de plenitud. cenſetur in cauſa podagræ. Antecedens eſt Alexandri Tralliani in ſuo tract.

Pro aff. parte. 1. *cap. 6.*

tract. de podagra; ſubdentis, cum ſanguis in pedis articulorum ſinus confluxerit, tum ipſorum, tum compagines, atque ligamenta diſtendens, podagra generatur.

Amplius quatuor humores ex æquo aucti ſunt in cauſa podagræ, Aretæi ſententia de curatione morborum in articulis; ergo Plethora eſt in cauſa podagræ, cum Plethora contingat auctis ex æquo quatuor humoribus, ex Gal. lib. 13. meth. med. 2. *cap. 6.*

Contrarium videntur ſentire nonnulli Latini, probantq; hoc pacto: Si Plethora induceret podagram, ergo maximè induceret in Athletis; ſunt enim plethorici, cum veſcantur Galeni ſententia 1. de alim. fac. alimentis craſſis, & viſcoſis, ob quæ plethorica diſpoſitio, cum meatus corporis anguſtiores reddantur, ex Gal. 1. de differ. feb. *Pro neg. parte.* 1. *cap. 2.* *cap. 3.*

Alterum Plethora non inducit morbos articulares: At omne illud, quod inducit morbos articulares eſt in cauſa podagræ; ergo &c. Minor expreſſa primo loco (Græcorum more) probatur ex Galeno de cauſis morb. Maior autem ex Paolo Aegineta de arte med. 2. *cap. 3.* *cap. de podagra.*

Quid autem ſit in hac quæſtione determinan-

minandum, æquidem arbitrarer eſſe neceſſarias huiuſmodi diſtinctiones, quas in ſcientijs Herophilus tantoperè laudat.

Plethora igitur duplex eſt, vel enim eſt moderata, quæ eſt illa, in qua vaſa ſunt moderatè repleta, Gal. ſententia de plenitudine, & hæc non eſt cauſa podagræ, quia non poteſt inducere morbum articulare; vel immoderata, & hęc, Aut in Athletis, non, quia ipſi nunquam viſi fuerunt pati podagram, ſed quidem vaſorum ruptionem, aut caloris natiui extinctionem, ex Gal. in 1 aph. 3. Aut in alijs præter Athletas, (podagræ tamē doloribus ſubiectis) & tuc, vel cum addictione fortitudinis pedum, non; quia podagra nō poteſt cōtingere, niſi adſit pedum imbecillitas, ex Gal Vel cum pedum imbecillitate, vtique, tunc .n. ſanguinis, ſanguiniſq; ſinceri, necnon aliorum humorum æquabiliter adauctorum fluxus ad ipſos pedes erit in cauſa podagræ; vt accidit quibuſdā, quos noui, vtpotè Thomæ de Zenis, qui ob ſuam plethorā ex ſolo ſāguine podagra laborare cępit; & Scipioni de Donatinis ob ſuccos æquabiliter ſe habētes plethorico, & cū pedū imbecillitate.

cap. 6.

6. aphor. 28.

Quod

Quod poſtmodum cacochymia non ſit in cauſa podagræ probatur ex Dogmaticis(qui & Logici fuerunt interdum nuncupati) aſſerentibus cacochymi non fiunt podagrici; ergo cacochymia non eſt in cauſa podagrę. Conſequentiam probant ex loco topico à coniunctis ad abſtracta, cum ab Ariſt. in libris topicorum tale argumentandi genus admittatur. Antecedens autem exemplificant per quoſdam cacochymos, qui podagra nequaquam laborarunt. *Pro parte negatiua.*

Contrarium poſtea videntur aſſerere rationales, cũ ipſa podagra modò ex vno humoris vitio, modò ex altero tantum cõtingat, vt euenit Odoardo de Brunis cacochymiæ ſubiecto, qui vbi cacochymia laborabat, ipſi erat parata podagra, cuius cauſa à dicta cacochymia ſe liberabat.

Ego verò ex conſuetudine diſtinguerem, Cacochymia vel eſt Mitis, vel Deterior; ſi fuerit mitis, tunc non eſt neceſſe, vt tantum morbum podagricum, quinimmò neque aliquam morbi ſpeciem inferat: ſin autem deterior; & tunc Vel cum ægrotantis pedum robore, & tunc non quidem podagræ cauſa erit, ſed vlcerum multorum,

inter

inter quæ potiſſimum cancri, phagedenæ, herpetes erodentes, carbunculi, milleq́; aliæ vlcerum generationes, de quibus Gal. lib. 3. de temperamentis. Vel cum ægrotantis pedum imbecillitate, & tunc dicta cacochymia non vlcera illa, de quibus paulo ſupra; ſed certè podagram inducet, & ita euenit dicto Odoardo. Vtrum modo plethora, an cacochymia podagram facilius inducat, opinarer ipſe à plethora multò facilius podagrã, quam à cacochymia induci; ſiquidem in plethora humores omnes, & non vnus, eſt in motu cum adauctione, & ſi vnus, puta ſanguis, eſt fluxilis, atque illi ſunt ex rei natura vaſa, maximè aperta, id quod bili haud contingit; cæterum non inficias irem, quod vbi podagra eſſet à cacochymia inducta, tunc dicta podagra difficilius remoueretur, diutiuſq́; in ægrotantium corpore cum dolorum atrocitate perſeueraret: de dicta poſtmodum Cacochymia, vt & de Plethora fiet ſermo in libro ſecundo cap 2. in libro tertio cap. 5. & libro quinto cap. 4. & ſeqq.

cap. 3.

Vtr. plethor. an Cacoch. ind. faciliùs podagram.

Vtrum

Vtrum Intemperies abſque materia Podagram efficere poßit, & quomodo. Cap. XXV.

VBi abeſt εὐκρασία, ideſt commoda, proba, & omninò naturalis temperies, quæ nihil aliud eſt, quam apud Galen. ſanitas, ibi eſt neceſſe intemperiem deliteſcere, de qua in præſenti quæſtione, cuius titulí ratione perpendimus [Intemperiem] quæ eſt à naturali temperatione receſſus, & quo magis recedet, vehementior erit intemperies, vt tradidit Gal 2. de ſympt cauſ. *4. aphor. 39.* *Quid ſit intemperies.* *cap. 5.*

Intemperies poſtea eſſe poteſt æqualis, & inæqualis; inæqualis eò diſtat ab æquali, quòd in omnibus intemperanter affecti corporis partibus æqualiter non inſit. Additur [Abſque Materia] prout ſit ſimplex, ac omnino, vt refert Galen. de inæquali intemperie ſine materiæ affluxu, contingit autem vbi ſolis qualitatibus corpus alteratur, vt cum ſcilicet vel frigeſit, vel caleſit, vel ſiccatur, vel humectum redditur, ad differentiam alterius intemperiei, quæ omnino cum fluxione exiſtit, & hæc non *Differ. intempe-ries inæqualis ab æquali.* *cap. 1.* *Quando cõtingat ſimpl. intẽperies.*

Quid intemp. cū materia tantum ex ſe (vti ſimplex intemperies) ſed etiam vnà cum affectione ab humoribus oriente, corporis operationes lædit: Gal. *cap. 1.* doctr. de inæq. intemp. Sed progrediendo ad quæſtionem propoſitam quæro, an intemperies, de qua in titulo, generet Poda- *Pro affir. parte.* gram, Græci ſanè affirmant ex hoc, quod *1.* pedum intemperies, pedum operationem *2. aphor. 20.* exoluit, teſte Gal. Additur; quod ob pedum intemperiem calidam, aut frigidam *2.* pedes (ſine quibus nullo pacto podagra generatur) aut nimium feruent, aut nimium fiunt frigidi, ex quo in ipſis dolor, vt *com. 1. t. 10.* apud Gal. in com. Hipp. de morb. vulg.

Pro parte negatiua ſunt Latinorū plu- *Pro neg. parte.* rimi, opinantes intemperiem ſine materia *1.* nequaquam poſſe inducere podagram, cū huiuſmodi intemperies ſuaptè natura citra alterius affectionis ſocietatem pedes imperturbare non valeat, vt apud Ferrum in ſuo tract. de Podagra, confirmaturq́; à Gal. *cap. 2.* 3. de ſympt cauſis. Additur, Nihil abſque *2. 6. aphor. 55.* doloris illatione podagrā inducit ex Gal. At Intemperies eſt abſque doloris illatio- *cap. 5.* ne, Gal. doctr 2. de ſympt. cauſis; ergo, &c.

Verum ſi velimus controuerſas Docto-

rum

rum opiniones conciliare, procedemus ad ſolitas diſtinctiones; ſiquidem intemperies abſque materia, vel eſt valida, ſeu magna, cuius meminit Gal. in com. Hipp. de morb. vulg. tunc huiuſmodi intemperies efficiet podagram, cum pedum operationem exoluere poſſit; vel eſt debilis, paruauè, tunc non eſt habilis, vt pedum operationem exoluendo podagram efficiat. *Vna intēperiei diſtinct.* *c. 1. t. 10.*

Rurſus intemperies ſine materia, eſt vel æqualis, vel inæqualis; de vtraque Galenus: ſi fuerit æqualis, tunc pedes non fient nimium frigidi, neque minus adeo erunt feruidi, quare huiuſmodi intemperies erit ſine doloris illatione: cæterum ſi fuerit inæqualis, tunc erit in cauſa, vt pedes ferueant, fiantq; nimium frigidi, eritq; cum doloris illatione, & ab ea facilè inducetur Podagra. Tandem, poſſumus etiam huiuſmodi intemperiem conſiderare, quatenus ſit immodica (de qua Gal.) & quatenus ſit modica; priori caſu facilè ab ipſa oritur Podagra; poſteriori autem nullo pacto. *Diſtinc. altera. de inæq. intemp.* *Alia diſtinctio.* *2. aphor. 20.*

Poſtremò in hac vltima tituli, & quæſtionis parte, reſtat videamus, quomodo ab huiuſmodi intemperie poſſit oriri Poda-

gra, & ſtatuimus (ſaluo ſemper meliori iudicio) intemperiem duplici ratione à nobis conſideratam; primò, quatenus procedit à cauſa extrinſeca, vt eſt præcipuè aer; exemplum adducit Galen. 3. de loco aff. in chordis lyræ intenſis, quæ ob aerem nimis aridum, vel humidum facilè diſrumpuntur, ſic in corpore humano ob ambientis aeris intemperiem vehementem alterantur corporis noſtri partes, & fiunt doloris participes; vnde ſæpè, ac ſæpius euenit, flante vel Auſtro, vel Aquilone, vt à cauſa extrinſeca procedant in pedibus dolores, quibus eo tempore vexantur podagrici.

cap. 6.

Secundò, quatenus intemperies procedit à parte intrinſeca, vt ſi partes, ſiue organa ſint malæ conformationis; ſiquidem ibi natura recedit à ſua iuſta, & legetima conformatione, ibi remanet debilior, vti experimẽto quotidiano liquet; pes enim malè confirmatus ſemper erit debilior illo, qui benè eſt à natura compoſitus. Gal. doctrina (ab vteri ſimilitudine) l. 3. de ſympt. cauſis cap. 4.

Vtrum Flatus Podagram inducant. Cap. XXVI.

INter illa quamplurima, quę futuras ęgritudines præſagiunt, ſecundum Gal. in arte medicinali, conſtituuntur flatus, qui vel fiunt ex conſuetudine, vel præter conſuetudinem, at ab iſtis ægritudines patefieri non omnino certum eſt: quare in diſputationem vertimus, Vtrum Flatus (de quibus Hipp. & Galenus in com. Hipp.) podagram inducant; cuius tituli ratione noto huius dictionis Flatus, plura eſſe ſynonima, quorum cognitionis cauſam in ſingulis rebus perneceſſariam eſſe, in cap. 2. tradidi; exprimitur itaque flatus à Galeno interdum per ſimplicem flatus dictionem. Interdum per Inflationem, vt 4. meth. med. Interdum per dictionem duplicatam, dum enunciatur Spiritus flatuoſus, vt 5. aph. 72. Aliquando Spiritus halituoſus, vt 3. de ſympt. cauſis. Aliquando Spiritus vaporoſus, vt 2. ad Glauc. Aliquando flatus ventoſus, vt 3. de comp. medic. ſecundum loc. Aliquando, apud Hippocr. Spiritus, qui eſt in

cap. 82. Vtrũ flatus indicia ægritudinũ.

l. de flat. 5. aphor. 72.

Flat. ſynonima. 5. a. 72.

cap. 7.

cap. 1.

cap. 6.

cap. 1.

De flat.

in corpore, ad differentiam ſpiritus extra corpus, qui talis ſpiritus eſt aer. Non autem vllo pacto eſt exprimendus flatus per exufflationem, vt olim Lycus ſibi perſuaſit; nam exufflatio non eſt ſpiritus in corpore exiſtens, ſed ipſa eſt certè vocis materia, efficiuntq; illam contracto thoraci intercoſtales muſculi, ex Gal. 1 de loc. aff. *cap. 6.*

Quod modò Flatus podagram non inducant, probatur ex Ruffo Effeſio, adducenti auctoritatem Gal. 14. meth. meden. *cap. 7.* vbi demonſtrat, inflationem ortam in artubus, & membranis, quæ oſſa veſtiunt eſſe *Pro neg. parte.* abſq; dolore, ex quo non poſſe podagram induci; quod ego poſſem cõfirmare exemplo *Exempl.* Gulielmi Panzanini, mihi noti, qui licet per totum ſuum vitæ curſum flatibus abundauerit, nunquam tamen podagram paſſus eſt.

Ex aduerſo autem, quod ſcilicet Flatus *Pro aff. parte.* podagram inducant, tradit Benedictus Curtius, permotus auctoritate eiuſdem Galeni lib. 14. meth. med. vbi apertè docet, *cap. 7.* cauſari dolores ex inflatione orta in artubus, & muſculis, & etiam membranis, quæ oſſa veſtiunt. ſit huius exemplum; Aſtorgius

gius de Stuffa (quem longo tempore noui) flatibus ſubiectus ſæpè, ac ſæpius in podagram modò grauiorem, modò leuiorem incidebat. *Exempl.*

In hac virorum, Galeni doctrinam ſequentium, contradictione, reſponderem, quod ſi flatus fuerint in vno, vel altero pede craſſi, & vaporoſi, tunc podagram inducent, ſin minus flatus ex ſe diſcutientur, & podagram haud inducent. Amplius flatus inducent podagram illis, quorum pedes fuerint debiles ex ortus principio, aut ex aliquo accidenti; non autem ſi fuerint fortes. *Flatuū diſtinct.* *Pedum diſtinct.*

Quo ad vltimam quæſtionis partem, vbi inquiritur QVOMODO, quo ſcilicet modo flatus inducant podagram, tunc enunciandum ſecundum methodum à Galeno traditam 3. de ſympt. cauſis, flatus inducere podagram, vel ob læſam facultatem, vel ob errorem externum, qui deſumitur ex cauſis internis, & externis; quocirca flatus inducunt podagram in pedibus malè conformatis, ſunt enim omnino imbecilles, ob quorum imbecillitatem flatus, teſte Gal. 5. aph. 73. qui dolorem podagricum *cap. 1.* *Modus vnus.*

gricum in articulis facillimè inducunt. Inſuper Gal 2. ad Glauc.ſcriptum reliquit, nonnunquam ſpiritus intra membranas, quæ muſculos complectuntur, nonnunquam ſub membranis, quæ integunt oſſa, comprehenditur, & hic producit dolores, diſtendendo partes cum tranſitum non habeat, ac interdum violenter eggrediendo. Gal doct. 4. de loc.aff Auicennas autem lib.4. affert alium modum, quo flatus ipſi podagram inducant, eſtque; nam pedum (vt etiam omnium iuncturarum) porri, in quibus retinentur flatus, ſunt ſpiſſi (vt Auicennæ verbis vtar) ob quorum ſpiſſitudinem dicti flatus inducunt podagricos dolores, cum pedum partes diſtendant, ac maximè ligamenta, tendones, chordas, & venas, quæ ob dictos flatus in tumorem tollũtur. Gal. doct tum 6. aph 49. tum lib. de plenit. De huiuſmodi poſtea flatibus, loquar lib. 2. cap 2. lib. 3. & lib. 5.

cap. 6. Modus alter.

cap. 7. ſen. 3. t. 3. c. 19 Modus tertius.

cap. 10.

De

De Humoribus tum quo ad quantitatem, tum quo ad qualitatem podagram efficientibus, & qua via. Cap. XXVII.

CVm medico, maximè perito, & diſcreto, ſit neceſſariò cognoſcenda humorum in homine potentia (prout ſinguli ipſorum quidnam in ipſo homine facere poſſint; & quomodo cognationes inter ſe habeant) necnon mutatio, quatenus quilibet humor in aliam ſpeciem mutetur, non quidem contemperamento, ſed vt à natura propria exiens alterius qualitatem trahat, Hippoc. doct. de veteri medic. ob id in hoc capite verba faciemus de humoribus podagram efficientibus, & qua via; animaduertentes, quòd humores ſunt corpora illa fluida, quæ gignuntur ex cibis, & potibus ab innato calore alteratis pro illius, quod fuerit diſſolutum, reſtauratione, humorum poſtea ſpecies in qualibet ætate ſunt numero quatuor, Sanguis ſcilicet, Pituita, Bilis flaua, & Melancholia; inæqualiter tamen ad ſe inuicem, ſecundum proportionem, vt iam in cap. 24. ad Platonis, & Fernelli j *c. mihi vlt.* *Quid ſīt humores* *Humorū ſpecies.*

S men-

mentem fuit demonſtratum, cuius rei cauſa ſunt tum bonæ, tum malæ valetudinis
c. mihi ſecundo. cauſa, ex Hippoc. de nat. hum. Cenſentur poſtea efficere Podagram non modò quo ad copiam, ſeu abundantiam, redundantiamuè illorum tam naturalium, quam nó
Differ. inter humores naturales, & nõ naturales. naturalium (hi quidem à proprio temperamento diſcedunt, illi autem vnà cum ſanguine ſerpunt per venas pro membrorum nutritione) ſed etiam quo ad illorum qualitatem, ita vt, ſi ſanguis fuerit in cauſa podagræ, ipſam inducat, vel vt ſincerus, vel
c. 2. t. 38 vt mixtus; ſinceri meminit Gal. in 6. Hipp.
cap. 10. de morb. vulg. & lib. de plenit., neque ob-
Dub. ſtant nobis aliqui Latinorum, nequaquam admittentium ſanguinem ſincerum, cum
cap. 2. moueantur ex auctoritate Gal. 2. de elem. tradentis ſanguinem vnum non eſſe vnum ſimplicem; addunt etiam nihil planè in corpore noſtro eſſe ſincerum, ſed omnia
Reſp. omnibus miſta; ijs enim reſpondetur dari ſanguinem ſincerum ad ſenſum, ſeu ad apparentiam; non autem realiter, nec ſecundum certam rationem, ac demonſtrationem. At ſi mixtus ſit ſanguis, de
c. 2. t. 38 quo Gal. in 6. Hipp. de morb. vulg. tunc erit

vel

vel Pituitoſus, vel Bilioſus, vel Melancholicus, de quibus ſingulis Galen. Sin autem Pituita, tunc podagram inducet; aut vt eſt Dulcis; aut vt Acida; aut vt Salſa; aut vt manifeſtæ qualitatis expers ad guſtum, aut vt Vitrea, cuius pituitæ ſpecierum meminit Galen. lib. 1. de aliment. facult. & lib. 2. de differentijs febrium. necnon Auic. lib. 4. fen. 1. Amplius ſi Bilis, tunc vel Pallida, vel Flaua, vel Vitellina, vel Atra, vel Porracea, vel Aeruginoſa, vel Cærulea, de quibus ſingulis Bilis ſpeciebus apud Galenum ſparſim, collectiuè autem apud Hieronymum Capiuacciũ libro ſexto de febribus. Tandem ſi Melancholia tunc, aut melancholica, aut cholerica, aut phlegmatica, aut ſanguinea, ex Auic. lib. 4. Quænam poſtea ſit cauſa diuerſitatis ſpecierum humorum (vt potè in Sanguine, in Pituita, in Bilo, & in Melancholia) quo ad propriam ipſorum indiuidualitatem, & quo ad qualitates tum primas, tum ſecundas, quibus tertiam addere mihi liquet, patefaciam in lib. 2. cap. 2. & in lib. 3. cap. 30. & ſeqq. Interim autem legi, ac perpendi poterit, c. 8. & cap. 24. præſentis libri.

ibidem.

Pituitæ differ.

cap. 1.

cap. 6.

tract. 2.

c. 47.

Bilis differentiæ.

cap. 22.

Melãch. differ.

fen. 1. tr. 2

cap. 64.

Tres sũt humorũ qualitates.

Additur ad calcē huius capitis [qua via] per quam dicti humores ſuperflui ad pedes cōfluant, ita vt dolores podagricos inferāt; Equidem ſum huius opinionis, quod humores à natura alieni ob malam totius, vel alicuius partis complexionem demandentur à partibus humani corporis robuſtioribus ad partes imbecilliores (nimirum pedes, de quibus in cap. 7.) per ſuos proprios ductus, qui ſunt Nerui, Venę, & Arteriæ, vt hominis elementa, teſte Gal. 2. meth. med. Inter membra poſtmodum humani corporis validiora, quærentia ſe liberare à dictorum prauorum humorum ſarcina, ſunt Cerebrum, Iecur, & Cor: adhuc Stomachus, Lien, ac Renes.

Opinio propria.

Per quas vias humores ad pedes demandentur.

Cerebrum quidem (neruorum principium) eſt membrum demandans, vt quod excrementa facilè generet pituitoſa, mox per ſuam propriam naturam; mox per humorum vitioſorum vaporationem, vt ſcriptum reliquit Gal. 3. de loc. aff. hæcq; ſunt interdum ſalſa, quæ fiunt à calore caput replente per materiæ affluxum ad ipſos pedes, interdum accida, hæcq; producuntur à frigiditate vehementi; interdum aliquo pacto

Quō Cerebrum trāſmittat.

cap. 6.

pacto dulcia, vel etiam nullam ad guſtum manifeſtam qualitatem in ſe retinentia, hæcq; cauſantur à frigiditate quidem, ſed exigua, Gal.doctr. in com.Hipp. 3.aph.12.

Iecur autem, græcè ἧπαρ, venarum principium, eſt membrum tranſmittens huiuſmodi humores ad pedes, dum fuerit intemperatum, vt potè ſi calidam habuerit intemperiem, tum contentos in ipſo humores: tum eos, qui ad ipſum deferuntur per meſenterij venas, & aſſat, & adurit. Sin frigidam, tunc contentos iam in ipſo humores reddit craſſos, & eos, qui ad ipſum deferuntur, pituitoſos, crudos, & ſemicoctos, quare ſingulos ad fluxum, & motum contumaces. Si aridam, efficit humores ſicciores, craſſioreſq;. Sin denique humidam, tunc humores tenues, & aquoſos producit, Gal.doctr. 5.de loc.aff. *cap.2.* *Quo Iecur tranſmittat.*

Cor poſtmodum arteriarum principiũ, ex Galeno in arte med. eſt noſtri corporis membrum diffundens humores ad dictos pedes ob illius intemperiem, tam æqualem, quàm inæqualem, de qua vtraque, vt etiam de intemperie cordis forti, ac debili loquitur Gal. 5. de loc. aff. Accedit ſi attraxerit illud, *Quomodo Cor trãſmittat.* *cap.4.*

illud, quod non eſt ſibi conueniens, vel etiam ſi quid alieni abiecerit, vnde natura hoc eſt molita, vt quæ à corde expellenda ſunt, propellat efflatione, ideſt ſpiritu per totum corpus: Quæ verò ab vniuerſo corpore per arteriarum compreſſionem excludat, Gal. doctr. in 6. Hipp. de morb. vulg.

Natura opus.

c. 2. t. 2.

Stomachus autem eſt membrum ad debiliora trãnſmittens, non ſolum quotieſcunque in ventriculi ſinu contentus humor, qui aut calefaciendi, aut perfrigerandi, aut humectandi, aut ſiccandi, aut etiam horum aliqua per coniugationem efficiendi naturam obtinet, intemperiem creat; interim verò & in ipſas ventriculi tunicas (vt ita dicam) imbibitus, ſeu impactus, ex Gal. ſed etiam vbi ventriculus eſt imbecillus, ab ipſo enim haud ſufficientem concoctionem ſperare rationabile eſt. 3. de naturalib. fac. Additur, ſi alimenta in ventriculo fuerint corrupta, erunt autem aut nidoroſa, aut acida, aut obnoxia fœtori, aut putredini, aut ex præparationis modò ad huiuſmodi diſpoſitionem aliquam deducta; teſte Gal. Præterea, quia ventriculus (ac præcipuè illius os inferius) eſt cauſa cru-

Quo Stomachus trãſmittat.

7. meth. med. c. 11.

cap. 4.

lib. 1. de loc. aff. c. 3.

cruditatum, cum videlicet vel ob inordinatam alimentorum ingeſtionem, aut multitudinem, aut qualitatem homo concoquere nequit. 5. de loc. aff. aut per vſum ciborum mali ſucci, vel vini craſſi, turbidiue humores prauos congerit, ex Gal. 4. de ſanit. tuen. cap. 4. *cap. 6.*

Lien cenſetur inter membra fortiora tranſmittentia ad debiliores partes, quotieſcunque fuerit imbecillitate affectus; ob hanc enim cauſam melancholicum ſanguinem, quo ipſum lienem ali certum eſt, ex hepate ad ſe ſe nequaquam attrahit, & ſi plus quam conuenit attraxerit, quod ſibi conuenit per facultatem expultricem, qua vt & attractrice, alteratrice, ac retentrice, eſt præditus, tranſmittet ad pedes, Galen. doctr. 3. de naturalib fac. cap. 9. *Quomodo Lien trāſmittat.*

Renes deniq; ſunt membra huiuſmodi humores tranſmittentia ad pedes, per viam maximè receptionis ab alijs membris, à quibus materiæ multiplicantur, cum ipſi renes totum corpus à ſuperfluitatibus purgent, ex Gal. 4. aph. 69. hoc autem ipſis maximè propriè contingit, dum quis venere aut Immoderatè, aut Sæpiſſimè, aut Intempe-

tempeſtiuè, de qua in capite 18. vtetur.

Not. omninò. Singulæ poſtmodum partes omnes dicentur habiles pro Podagra inferenda, vel ex propria eſſentia (quam Gal. interdum nuncupat primã rationem 17. de vſu part.) *cap. 2.* vel ex conſenſu, tuncq; aut ex totius, aut ex alicuius partis conſenſu, teſte Gal. 3. de loc. aff. cap. 6. & 17. de vſu part. *cap. 2.* De harum poſtea partium corroboratione, vt Podagra in poſterum haud redeat, & ſi redierit, non adeò acerbè affligat. verba fient in libro quinto cap. 22.

Hæc de partibus demandantibus, nunc de vijs, ſeu ductibus, per quos humores demandantur, paucis diſſeramus, exordientes à neruis, per quos certè non tanquam per illorum cauitatem, ſaltem conſpicuam (optici nanque nerui ſunt ſolummodo caui, & neceſſariò caui, quo ſpiritum recipiant, ſurſumq; vſque ad cerebri ventriculum, ob eandem cauſam pertingunt, teſte Gal. 16. de vſu part.) ſed quia ipſis virtutẽ animalem à cerebro accipientibꝰ, lentus quidam humor, qui in ijs inſperſus viſitur, circunfunditur perinde, ac cartilagini, ligamẽtis, membraniſq;. Gal. doc. 3. de natur. fac.

Nerui ſunt viæ per quas fit humorũ tranſmiſsio.

cap. 3.

cap. vlt.

Per

Per venas autem defluunt humores in corpore ſuperuacanei, cum ipſæ vegetalem virtutem ab hepate accipientes ſint factæ ſanguinis ferendi gratia in omnes corporis partes, ex Gal. 1. de vſu part. *Venæ ſimiliter.* *cap. 16.*

Per arterias autem defluunt ſuperflui humores, cum ipſæ à corde pulſatilem virtutem accipientes, cuſtodire conetur eam, quæ ſecundum naturam eſt, caliditatem, & ſpiritum animalem nutrire debeant, ex Galeno lib. 2. de vſu part. cap. 16. *Arteriæ etiam.*

Ex venarum, & arteriarum munere iam enarrato colligitur antiquos (alias à Gal. 2. de natura fac. c. 7. maximè laudatos in ſuccorum generationis doctrina tradenda) malè feciſſe confundere venas cum arterijs, quod idem confirmat Gal. de cur. rat. per ſang. miſſ. oſtendens antiquos venas, ſed malè, appellaſſe arterias. *Antiqui à Galeno laudati.* *cap. 22.* *Antiqui à Galeno improb.*

Vtrum humorum gradus ſint neceſſariò ſimpliciter conſiderandi, pro recta podagræ curatione. Cap. XXVIII.

NOn ſolùm quorundam Latinorum, ſed Græcorum, & Arabum opinio

eſt, vt primæ humorum qualitates à medicis rationalibus (præſtantiſſimis tamen) conſiderentur, non modò quo ad ipſorum qualitates, cuiuſmodi ſunt Caliditas, Frigiditas, Humiditas, & Siccitas, præter quas Craſſities, Lentor, & Tenuitas perpenditur; verùm etiam, quo ad ipſorum humorum qualitatum gradus, quorum cauſa vniuſcuiuſq; humoris ſpecies plures ab eiſdem medicis recenſentur, vt in ſuperiori capite fuit expoſitum; quamobrem nunc in controuerſiam vertimus, vtrum humorũ Gradus, &c. cuius tituli ratione perpendimus hanc dictionem GRADVS, qui à Galeno lib. 5. de ſanit. tuen. exprimitur per exceſſum, ac ſępè per ordinem, vt lib. 5 de ſimpl. medic. fac. Huiuſmodi poſtea Ordo, Exceſſus, graduſue in humoribus eſt (vti arbitror) quædam certa qualitas, corpus humanum alterans, requirenſq; medicamenta experimento, & ratione adinuenta talem humorum qualitatem emendantia pro indiuidui conſeruatione. Dicti Gradus cognominati à vincente, ſeu excedente facultate, vt in medicamentis, ſunt quatuor, ita & in humoribus ſtatuentur quatuor, cũ omnis

Quid cõſideretur in humoribus.

cap. 2.

Gradꝰ ſynonima.

cap. 27.

Quid ſit Gradus.

Gradus vnde dicti.

omnis exceſſus contrario exceſſu emendetur, teſte Galeno 5. de ſan. tuen. Non ſunt autem plures, neque pauciores, quam quatuor; nam gradus in tali numero conſtitui ſufficiunt (vt ait Gal. 5. de ſimpl. medic. fac. & lib. 7. de ſimpl. med fac.) vt ad vſum ſpectat, per vnumquemque exceſſum quatuor poſuiſſe ordines, calidum quidem nominantes Primi ordinis, quod nos excalefacit obſcurè, ſeu haud euidenter, adeo vt ratione, ſiue aliqua demonſtratione rationali ſit opus, quæ verum deprehendat; ſic frigidum, humidum, & ſiccum, nondum adeptum actionem valentem, neque euidentem; quæ verò manifeſtè, vel ſenſibiliter, aut calefacere, aut humectare, aut diſiccare poſſunt ea dicentur Secundi ordinis. At quæ iam vehementer quidem, non tamen ſummè (nimirum abſque indiuidui, aut indiuidui partis extinctione, ſeu corruptione) calefacere, aut frigeſcere, aut humectare, aut deſiccare poſſunt, ea ſtatuentur ordinis Tertij: Quæ denique huiuſmodi præſtare poſſunt cum extinctione, ſeu corruptione, tunc erunt Quarti. Non omittentes interim Galenum locis citatis,

cap. 2. *Cur Gradus quatuor.* *cap. 27.* *cap. 1.* *Quid ſit gr. primi ordin. in qualit. primis.* *Quid ſit gr. 2. ord. in eiſd.* *Quid ſit gr. 3. ord. in eiſd.* *Quid ſit gr. 4. ord. in eiſd.*

Tres differentiæ in gr. 2. 3. & 4. quod in 2. 3. & 4. gradu conſtituuntur pro quolibet gradu triplices differentiæ, ab aliquibus nominatæ manſiones, quas nõ latere pro recta morborum curatione oportet, quare de his in lib. 2. cap. 2. & lib. 3. cap. 30. & ſeqq.

Quid intelligẽdũ per neceſſariò ſimpliciter. Perpendimus etiam NECESSARIO SIMPLICITER, per quas dictiones ſum ſignificaturus, omnimodam neceſſitatem fore illis medicis, per quos Podagram; quinimmo quamlibet morborum ſpeciem ſecundum verum, & germanum medendi vſum curare licuerit. His de Gradus nomine, definitione, ac numero ita explicatis præter dictioné (neceſſariò ſimpliciter) lubet ad rem progredi, & quæſtionem ponderare, qua propoſitum fuit, an humorum Gradus ſint neceſſariò ſimpliciter, &c.

Pro parte neg. Pro parte modò negatiua eſt Q. Rhemnius, & Hieronymus Fracaſtorus, mo-*7. a. 29. cap. vlt.* uenturq; tum Galeni ſententia. & lib. 2. de loc. aff. vbi ſcriptum reliquit contrariorum contraria fore remedia; tum hiſce rationibus, quandoquidem in medicorum (vel celeberrimorũ) conſilijs pro alicuius morbi curatione dictorum graduum nullus obſer-

obſeruatur; vti patet tantorum virorum conſilia tam priuata, quam publica legentibus. Amplius fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora; dictum Ariſt. in 1. poſt. Analyt. At ſufficit curare podagram, ſeu vt meliùs dicam, podagræ cauſam per ſua contraria, ex Gal. 8 meth. med. ergo Non per gradus. *Ratio prima.* *cap. 9.*

Pro parte affirmatiua videtur eſſe Thadæus Florentinus, & Ioannes Argenterius (tacitè tamen) qui mouentur tum auctoritatibus Galeni, & Auic. vt ſupra in cap. 8. tum tali ratiocinio; Humorum peccantiũ gradus pro recta morborum, ne dum Podagræ curatione, requirunt medicamẽtorum gradus, ex Gal. 3. de temp. cuius cauſam refert Gal. 3. meth. med. ſic enim humorum, qui influunt, redundantia conſumitur; ergo &c. Eſſent quamplures aliæ rationes pro hac parte affirmatiua, ſed ne videar tempus conterere in rebus adeo lucidis, & claris me conferam ad huius quæſtionis determinationem, medicinę ſtudioſos certiores faciens, vt in omnibus morbis tam intrinſecis, quam extrinſecis, nedum in ſolius podagræ curatione, animaduertant *Pro parte affirmatiua.* *Ratio vnica.* *cap. 7.* *cap. 3.* *Not. omnino.*

gradus

gradus humorum peccantium, quorum occaſione vnà cum Græcis, Arabibus, & Latinis quibuſdam mihi placuit in hoc primo libro dictorum humorum ſpecies, vt omnes homines deprehendere poſſint, in quãto errore cæcutiant illi, qui hoſce gradus parui, quinimmo nihili æſtimant; ſic enim legitur de Pitholao, & Chryſippo; ſed de his non eſt mirandum, quia dicti medici (vt
cap. 4. refert Gal. 3. de decr. Hipp. & Plat.) erant empyrici, empyriciq; adeo audaces, vt licet docerent friuola, tamen audebant iubere illorũ auditores meminiſſe, vnde adagium: CAPE NIHIL, ET SERVA BENE.

Reſp. auctoritat. Neque obſtant auctoritates pro parte negatiua; ſingulæ nanq; remouentur vnica diſtinctione, vt puta curatio, vel ſpectatur
7. aph. 59. in genere tantũ, de qua loquitur Gal. vel in genere, ac ſpecie ſimul. ſi primo modo cõſideretur graduũ cognitio, & obſeruatio nõ eſt ſimpliciter neceſſaria. at ſecundo mo-
c. 3. t. 8. do, vt apud Gal. in com. Hipp. de articulis, tunc gradus ſunt neceſſariò ſimpliciter cõſiderandi. Accedit pro recta podagræ, vt
Reſpõd. etiam. etiam ſingulorum morborum curatione, vel ſecundum præceptum omnibus maximè

mè commune, vt apud Galen. 2. de loc. aff. tunc *Cap. vlt.*
dicti Gradus haud ſunt neceſſarij pro recta podagræ, neque aliorum morborum, curatione: cæterum ſecundum præcepta particularia, atque vti docet Galenus, tunc huiuſmodi gradus *3. meth.*
in ſingulorum morborum curatione ſunt neceſſarij, *med. c. 3.*
Neceſſarijq; ſimpliciter ob cauſas in cap. 8. à nobis adductas. Omitto interim diſtinctionem Empyricorum, Dogmaticorum, & Rationalium; vt etiam vel Primariò tãtum, vel primario, & ex conſequenti Simul; etenim Gal. *c. 3. t. 8.*
in com. Hippoc. de articulis, ait. Conſtat contraria contrariorum eſſe præſidia, ſed eatenus „ à medio in contrariam partem recedamus, quatenus „ in alteram morbus receſſit, cum nec refrigerata „ moderatè calefaciamus, nec calefacta „ moderatè refrigeremus. Primæ poſtmodum *Reſpond.*
rationi pro parte negatiua deſumptæ ex medi- *primæ ra-*
corum celeberrimorum conſilijs, reſpondetur, *tioni.*
tantos viros meminiſſe graduum dictorum, ſed Tacitè, vti colligitur ex remedijs ab eiſdẽ propoſitis; non autem Expreſsè, vti nos diſtinctè meminerimus in lib. 3. cap. 30. & ſeqq. necnon lib. 5. cap. 15. & ſeqq.

Poſtrema autem, dum enunciatur [fruſtra *Reſpond.*
fieri per plura, &c.] huic reſpondetur, quod *ſecũda ra-*
Philoſophi ſententia non eſt integrè prolata; *tioni.*
deeſt nanq; [ET ÆQVE BENE.] Hoc enim plurimi refert, quare nobis non auſertur illud, quod in cap. 8. præſentis libri fuit notatum. INTERIM ſit hoc dictæ quæſtionis (Auguſtini Galeſij patris mei more) fundamentum

Gradus humorum pro recta Podagræ curatione eſſe ſimplicitet perpēdendos, Vel ſecundum
Vulgum; & tūc Negatiua pars eſt defendenda, ſi quidem Vulgus (vt refert Hipp. de vict. rat. in morb. ac. tex. 3.) opinans medicinam eſſe Vaticinationi perſimilem, ipſam negat, quare humorum prauorum gradus NON permittit, neq; mitum, nam Vulgo neq; Conſilium, neq; Ratio inest.

Eos, qui Vulgum abhorrent, & tunc hi (apud Hipp. l. præceptiones cap. mihi. 2.) Aut certè
Vt tiantur in profundo ignorantiæ Medicæ doctrinæ, & tūc Negatiuè Reſpōdendum, nam huiuſmodi homines nō reſpiciūt, An Morbus (etiam leuiſsimus) protogetur, Aut Morbi genus vnum in alterum conuerti poſsit, quod vtrumq; facili negocio euenit renuentibus Gradus Humorum, & Gradus Medicamento tū, quæ debent eſſe æqualia in morbis citiſs. tollendis.

Sunt ini tiati (vt vtar dictione Hippoc. loco cit.) & tunc Medici conſiderantur, Vel vt ſunt
Negligentes; & tunc Negandum, nam huiuſmodi Medici haud curant, vt patientes à morbis vexentur, vexenturq; longiori tempore, quam par eſſet.

Diligentes, ac prouidi, & tunc hi per tradita ab Alex. de Ales lib. 5. Metaph. Vel dicuntur reſpicere
Medicinale, quod eſt proprium illorum obiectum. NON. cum opinentur ſat eſſe cōtraria contrarijs curare, & tam in morborum principio, quam in eorundem fine, quod eſt omninò falſum, & contra Galenum.
Induſtriam Medicinalis. VTIQVE. ſiquidem Medicus hoc pacto (vt videtur innuere Gal. in 6. aph. 49.) in ſuo opere nunquam errabit: Additur, quod Medicus optimus ex Hipp. l. de Med co, nō eſt ille, qui curat, ſed qui nihil eorum, quæ poſſunt conducere, tum curæ; tum vtilitati ægrorum, prætermiſerit; & ita ſolus ipſe opera medica ex Gal. 1. ad Glauc. c. 1. (vt humanis viribus permittitur) perfectiſsimè, ac tutiſsimè obibit.

Verum

BARTHOLOMÆI GALESII

Bonon. ſupraordinariæ Medicinæ
Profeſſoris

Varia Phyſica, & Medica ΔΙΔΑΓΜΑΤΑ,
complexa in tractatu de Podagra.

I. Veneficiorum. & Venenorum Effectus, Differentiæ, Cauſæ obiter explicantur. fo. 144

II. De LVE VENEREA. 175

III. De illis Ægritudinum ſignis, quæ à Græcis appellantur ΣΗΜΑΤΑ. 184

IV. De INSOMNIIS. 202

V. De Parallelo Terræmotus cum Microcoſmi motu. 208

VI. De VRINIS. 247

VII. De PVLSIBVS. 256

VIII. De PHYSIOGNOMONIA. 266

IX. De Genethliacorum *Prædictione in Ægritudinibus.* 274

X. De Ægrorum Decubitibus. 293

XI. An Morbi per relationem curari *poſſint.* 304

XII. Immaterialis aīæ ſtatus ex *Ariſt. cōfirmatur.* 315

Bononiæ, Typis Clementis Ferronij. Super. permiſſu.

Vtrum in Podagra morbo poſsit eſſe cauſa Occulta, Maligna, & venenatum quoddam virus. Cap. XXIX.

PRæter euidentes, ac ſenſu cognitas, Podagræ cauſas, reperiuntur aliæ, nempè occultæ à medicinæ ſcriptoribus ſilentio inuolutæ, vt quæ videantur; Aut inutiles (ſic.n. opinati fuere, teſte Galeno, Empirici, & Methodici Rationalibus ſemper contradicentes) Aut egredi Medicæ diſciplinæ limites; præter cauſas occultas ſunt etiam Malignæ, & præſeferentes VENENATVM quoddam VIRVS; huius rei cauſa in dubium verti oportet, vtrum in Podagræ morbo poſſit eſſe cauſa Occulta, &c. ob cuius tituli rationem perpenditur. Primò hæc dictio [Occulta] quæ hic conſideratur, vt deſtituta qualitatibus apertis, & aliquo temperamento; adeo vt manifeſta demonſtratione ſciri non poſſit, hinc ſtatuitur eſſe cauſa recondita, abdita, & ignota nobis, haud tamen naturæ ignota, neq; mirum, etenim, quæ ſunt naturę nota, hęc nobis ſecundum Ariſtotelē ignota.

l. ad Thraſibulũ c. 9.

Dictio occulta qd-nam ſignificet.

lib. 1. de Phyſ. aud.

Prodit poſtea inter OCCVLTAS podagræ (vt aliorum etiam morborum) rationes, prior, & maiori conſideratione digna, non Aſtralis (hæc .n. à cœlo, agente ſcilicet lumine, ac motu, præcipuè Saturni, & Martis, originem trahit; ſed Malefica, quippe quæ ſuam originem ducit à maleficijs, quæ excitantur, vel à Dæmone, vel ab eius Miniſtris proprijs.

Quanã ſit cã Aſtralis.

Maleficia à qbus excitentur.

A Dæ-

Dæmonis cõſuetudo, & operationes. A Dæmone quidẽ, vt q; valet mouere humores, & conturbare ſpiritus, contentos, in ſingulis corporis partibus; vnde poteſt immutare ſenſus exteriores, & interiores; quocirca phantaſmata in ſomno, & extra ſomnum, mouet; agitatq; vt etiam varias inducit animi Paſſiones, Anhelationes, Palpitationes, Syncopes, *Quinã ſint Dæmonis miniſtri.* Vomitus, Singultus, & huiuſmodi. Ab eius poſtea Miniſtris, nempe à quibuſdam Homunculis, aut Mulierculis illis, quæ à nobis appellantur Sagæ, ab antiquis autem appellabantur *Synonima mulierum maleficarum.* Lamiæ, Lampuſæ, Strigæ, & hæ ſemper operantur pacto tacito, vel expreſſo inter ipſaſmet, & Dęmones, cum modo admirabili, Occulto, & Venefico perſonis diuerſis inferant mala interdum animi; interdum corporis; interdũ fortunę; *Quibus medijs ſtrigæ lędant perſonas.* tũ Oſculis; tũ Potu; tum Cibo; tũ Philtris; tum Tactu; tũ Habitu; tũ Incantationibus; tũ Poſitione variarũ Figurarum, ſeu Imaginũ, ac omnino Signaculorum, ſeu Mixturarum in alterius lecto; aut in veſtibus, per quæ omnia tranſit vis occulta, & quædam efficacia Dæmoniaca, naturæ humanæ aduerſa, & omnino penitus deſtructiua. Huius cauſæ occultæ, ſeu faſcinationis, ſigna ſunt plurima, & pathognomonica quidem, ſunt naturæ limites excedentia, veluti loqui ſermone Græco, Latino, aut alijs idiomatibus à patientis conſuetudine alienis, & ſimilia ſecundum intentionem Malefici, & iuxta genus Maleficij, ex quo ægritudines Malencholicæ, & VTERINÆ à iam dictis valde differunt.

Dein-

Deinde verò MALIGNA, vt eſt cauſa, quæ ſuperet Podagræ naturam, ob ferina, & difficillima, quæ poſſint ſufferri, ſymptomata, in hoc quadrat adagium illud: *Quid ſit cauſa maligna*

ἔχθιστός μοι κεῖνος ὁμοῦ ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς δ' ἄλλα μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα δὲ βάζει. *Adagiū.*

inimiciſſimus mihi (eſt) ille æquè, ac inferni portæ; Qui aliud quidem condit in mente, aliud verò loquitur.

Tandem VENENATVM QVODDAM VIRVS, prout ſcilicet podagræ cauſa poſſit eſſe venenum, viruſuè, ac omninò ſecundum Græcos Τόξικον productum à natura, non quidem, vt homo conſtitutus in fame, aut in tormentis, aut in ærumnis, poſſit ſtatim miſerias omnes cum vita finire; ſunt enim nugæ impiæ, ac Epicureis dignæ, cum nunquam fuerit compertum, vel Deum, vel naturam effectuum ſuorum perniciem intendiſſe: propterea philoſophus 2. phyſ. damnat homines, enunciantes, mortem eſſe rerum finem. Sed ob tres potiſſimum cauſas putamus eſſe reperta, & à natura data venena; vel enim propter artes illas, quæ ipſo indigent, vti ars Tinctoria, Pictoria, Sutoria, Argentariorum, & alię, vt ſua ope- *Cur virus à natura productum.* *Natura nō intendit rerū perniciē.* *Virus ob artes.*

Virus ob animal. ra, & aptè, & integrè perficiant; vel propter animalia illa, quæ veneno, ac (vt melius di-*Quæ animal. veſc. cicut.* cam) rebus venenatis victitant, vt patet de Sturnis, & Capris cicuta veſcentibus; de *Quæ hyoſcyamo.* Suibus hyoſcyamo; de Coturnicibus helleboro; necnon de Hirundinibus, quæ can-*Quæ elleboro.* tharidibus aluntur; vel denique propter varias hominum vtilitates, vt colligitur ex *Quæ cātharid.* ſacris paginis in Geneſi cap. 1. nam creatio-*Virus ob hominū vtilit.* nis tempore, omnia, quæ à Deo ex nihilo procreata ſunt ad humanæ ſocietatis commodum ab ipſo iudicata ſunt bona; id etiã abundè à nobis demonſtrabitur lib. tertio c. 21. & ſeqq. necnon lib. 4. & lib. 5. c. 21.

Pro parte neg. 1. non occulta. Quod autem in podagræ morbo haud poſſit eſſe cauſa occulta, probatur huiuſmodi ratiocinio. Si cauſa occulta poſſet eſſe in podagræ morbo; ergò Podagra eſſet morbus occultus. Morborum enim occultorum, occultæ ſunt cauſæ, Euſtachij Rudij ſententia de morbis occultis; ſed con-*6. aphor. 49.* ſequens eſt falſum, ex Galeno: ergò, & cęt.

2. non maligna. Nec etiam cauſa maligna poteſt eſſe cauſa podagræ; ſiquidem vbi cauſa maligna eſt in morbo, ibi etiam morbus eſt, cum patientis vitę periculo, ex Io. Zechio

in

in ſuis conſ. medic. At podagra non eſt morbus, cum patientis vitæ periculo, ex Hipp. lib. de iudicationib. ergò, & cæt. *nu. 101.* *c. mihi 3*

Tandem venenatum aliquod virus non eſt in cauſa podagræ; nam ſequeretur virus aliquod venenatum eſſe læſurum primò, & principaliter pedes, vt qui ſint facti (perinde ac manus, oculi, & lingua) gratia totius animalis actionum, ex Gal. doctr. 1. de vſu part. ſed conſequens eſt falſum, legitur enim ſolùmodo de alterco, ſiuè hyoſcyamo, quod primò, & principaliter cerebro noxiam infert; amplius de Lepore marino, qui pulmones exulcerãdo lædit, & vrinam ſiſtere facit, aut ſi quis vrinam reddat, ſanguinolentam reddit; adhuc de papaueris ſucco, qui liberaliùs ſumptus os ventriculi tentat, atque affligit; præterea de cantharidibus, quæ veſicam offendunt; ergò, & cæt. Additur, ſi quod virus venenatum eſſet in cauſa podagræ; ergò tale virus eſſet, aut artificiale (vt quod aliqua arte componeretur) aut naturale (vt quod naturæ ſponte, abſque vllo humano artificio fieret, adminiſtrareturq́;) cuius vtriuſque veneni generis meminit Galen. ſed neutrum; ergò, &c.

3. nõ venenatũ virus. *cap. 8.* *Alterũ cerebro nocet.* *Lep⁹ marin. pulmon. & renib.* *Papaueris ſucc. ventric.* *Cãthar. veſica.* *Amplius nõ venenatũ virus.* *Quid ſit virus naturale.* *lib. 2. de antid.*

Non quidem virus artificiale; nam talis cauſa podagræ ſtatueretur præcipuè aliquod genus fumi, aut ſucci, aut pulueris, aut aliquod aliud tale arte compoſitum, ſed conſequens eſt falſum; ergò & antecedens. Aſſumptum probatur, nam quamplures aliàs vſi sũt venenatis fumis ad morbos, & interitum inferẽdum, ſed nunquam ad podagram inducendam, vt fumus ille ex veneno paratus, quo Franciſcus Ordelaphus olim vtebatur, omnibuſq́; ſibi proximis mortem inferebat; aut breui ægritudines vehementes, de quibus Auic. lib. 4.

Non fumi.

f. 2. tr. 1. cap. 29.

Præterea inter ſuccos ex veneno conſtitutos recenſentur vina, vt etiam mel, cuius vtriuſque cauſa multi fuerunt perempti, vt refert Galenus. Adhuc liquor, quo ſagittas reſpergũt milites Scytharum, teſte philoſ. de adm. aud. cuſpidibus etiam interdũ imponitur helenium, quod eſt venenum, ex Gal de ther. ad Piſ. cap. 10.

Nõ ſucci

lib. 2. de antidot. & 11. de ſimplic. med. fac.

Tandem pulueres, vt argenti ſublimati, argenti ſpumæ, ſeu lythargyrij, & ſecundum aliquos adamantis, & ſimilium, quæ ab hominibus, maximè prauis, & ſceleſtis, in aliorum perniciem fuerint excogitata,

Non pulueres.

& hæc

& hæc omnia genera veneni artificialis nunquam viſa ſunt podagram induxiſſe, ſed ſemper interitus, aut ſaltem ferè interitus, ex Auic. lib. 4. *f. 6. tr. 1. de venenis.*

Neque poſtremò in cauſa podagræ ſtatuendum eſt virus naturale; nam ſi hoc concedatur, tunc vel quatenus operetur tota eſſentia, ſeu tota ſubſtantia, vel alia ratione, cuius vtriuſq; meminit Gal. in lib. 5. de ſimpl. med. fac. ſed neutrum; ergò, &c. *cap. 19.*

Aſſumptum probatur, & primò, quod podagra non inducatur à tota eſſentia, vel, vt inquit Galen. in 6. Hipp. de morb. vulg. à *ægroto 5.* ſpecifica venenorum forma, ſeu ab oculta proprietate; nam napellus, euphorbium etiam (ſecundum Dioſcoridem) dryopteris, pityocampe, thapſia, ſolanum manicum, hydrargyros, & fungorum nonnulli, præterea ſaliua, & fel venenatorum animalium, vt forma ſpecifica operantia (cum vel minimum eorum aſſumptum fuerit, omnino lædant neceſſe eſt) nequaquam inducunt podagram, ſed necem; Gal. doctr. lib. 5. de ſimpl. med. fac. Venenorum poſtea ex occulta proprietate aſſumptionis ſignum deprehenditur, vt ſcriptum reliquit *cap. 19. Veneni, oper. ex prop. ſub ſtat. ſig.*

quit Albertus Magnus lib. 25. de animal. *cap. 1.* per ſyncopem, per ſudores frigidos, & per virtutis caſum.

Non poſtea virus extra ſpecificam formam, ſeu ex alia ratione cenſetur in cauſa podagræ, nam ſi ita foret; ergò huiuſmodi virus eſſet in cauſa podagræ, Vel vt intrinſecè (quod etiam à Galeno appellatur intrà corpus, ſeu in corpore) Vel vt extrinſecè (quod à Galeno nuncupatur extra corpus;) Non quidem intrinſecè, nam hoc pacto vel in mulieribus menſes retenti, vel ſemen retentum (vtrumque generantia venenum, ex Galeno) vel ſucci vitioſi ex improbo victu, vt etiam ex peſtilenti cœlo, Gal. doctr. in 6. Hippocr. de morb. vulg. & tunc nullum dictorum venenorum podagram inducit, ſed certè obitum, vel ſaltem dolores malignos, vt tradit Galenus loco proximè citato; ergò, & cæt.

Alt. veneni diſt. ī 6. Hip. agr. 5. lib. 13. met. c. 6. Generãtia virº in corp. 6. de loc. aff. c. 5. agr. 5.

Non poſtea extrinſecè, ſeu extra corpus virus eſt habile ad podagram inducendam; nã dicta podagra induceretur vel ab aere (aut vniuerſali, aut particulari) vel ab aqua, vel à terra; & ſi à terra, tunc vel vt eſſet intra terram, vel ſupra terram; cuius do-

Aeris diuiſio.

doctrinę meminit Hieronymus Mercurialis de morbis venenoſis,& venenis, addens venena ſupra terram prædicari de Fungis, de Plantis (quo ad folia, flores, fructus, radices, ac ſemina;) & de Animalibus (quo ad totum, quo ad partes, quo ad excrementa, & quo ad humores vtiles:) ſed nullum horum eſt dicendum; ergò,& cæt. *l.1.c.12.*

Non inducitur podagra ab aere venenoſo vniuerſali; nam huiuſmodi aer minimè ſufficit pro podagra, vt nec pro aliquo morbo inducendo; ſed etiam requiritur cibi, ac potus prauitas,ex Gal.in com.Hippocr.de nat.hum. verum autem eſt,quod ſi *c.2.t.3.* præceſſerit victus improbus, ex quo ſucci *Not.* vitioſi fuerint in corpore geniti, tunc aer peſtilens non podagram, ſed corporis humani interitum,ac ſaltem febres,ex Gal. 1. de differ.febrium. Non ab aere venenoſo *cap. 2.* particulari,qualis eſt præcipuè tum in quibuſdam domibus incluſus, in quibus ob putredinem, & per flatus defectum plurimus aceruatur ſitus, eſtq; ſuffocans, vt qui clauſus in cauo loco editis vndiq; montibus; teſte Gal. 1. de ſanit. tuen. tum cauer- *cap. 11.* narum, de quibus loquens Hieron. Mercurialis, *Aer venenoſus particularis: & domũ.& cauern.*

rialis, fatetur ſe vidiſſe propè Romam ſpecus multas, in quas ſiue homo, ſiue quodpiam animal ingrederetur, illico vitam cũ morte commutabat, eò quod ab aere venenato propter calchantum (vt ipſe arbitrabatur) ſtatim animalia interimebantur,

& Syrorum.

tum Syrorum, ſeu Fouearum frumentorum, quem aerem ſi quis imprudens hauriat, ſubito interficitur; ſic enim euenit cuidam Pellegrino ruſtico: interim prætermittam illum aerem infectũ ex profundo ſpecu peſtilentem auram ſpirante, qualis circa Sardeis, & Hierapolim; vt apud Gal. 1. de ſanit. tuen. cap. 11.

Aer prauus ob Oleãdrũ. Ob Taxũ Ob vrſas albas.

Non eſt omittendus aer cubilium, vbi carbones malè præparati incenduntur; vidi enim Pompilium Monacum, & Prudentium famulum eſſe mortuos, qui iam imprudenter in huiuſmodi aere obdormierant, quamplures alios manè eſſe factos in vultu tumidos; Neque etiam ille aer, quem homines attrahunt ex piratione, dum ſunt propinqui & Oleandro, & Taxo, necnon cuidam generi Vrſarũ albarum in Myſia, Aſiæ prouincia, nam cum haurientes ſuffocantur, aut ſaltem excęcari videntur, teſte

Phi-

Philoſ. de admir. aud. Neque aer infectus à *nu.* 140.
Catoblepa (cuius feræ meminit Plinius) *l.* 8. *c.* 21.
aut à Baſiliſco, aut à Regulo necanti ho- *Aer inf.*
mines ſibilo (vt referunt Phyſiologi non- *ex feris*
nulli) inducit podagram, ſed quidem ho- *venen.*
minum necem ex iiſdem auctoribus; er- *inducit*
gò, & cæt. *necem.*

Hæc ita de Aere ſiue vniuerſali, ſiue par-
ticulari dicta ſint: modò rerum ſeries nos
ad Aquam vocat, quæ, vt multorum in ho- *De aqua*
mine bonorum effectrix eſt, prout copioſè
referunt Plin. & Iſid. ita ſæpe numerò va-
rios in eodem generat morbos; narrant
quippè Pl. Ariſt. Gal. & Theophr. reperiri *Quarun-*
nonnulla aquarum genera, ob quarum po- *dã aqua*
tationem homines incidere in necem, & in *rum ef-*
morbos irremediabiles, vt quæ fluit apud *fectus.*
Teontinos in Thracia, & quæ in Phæneo
Arcadię, quam σύγος ὕδωρ χαλοῦσιν, ita Ga-
len. de aquæ bonit. Aliæ ſunt ſimiles, qua- *cap.* 3.
rum meminit Ariſt. & Vitruuius. Cur au- *De mir.*
tem huiuſmodi aquæ tam pernicioſos ef- *auſcult.*
fectus producant, ratiò eſt, vel quia in illis *lib.* 8.
victitent animalia venenata, vel tranſeât *Cur aq.*
per metalla, vel propter herbas in dicta *pducant*
aqua naſcentes, quæ ſunt præcipuè Nepita, *eff. perni*
cioſos.

X Sium,

cap. 3.

Rinocerotis, & Monocerot. virtus.

Sium, & Adianthum, à quibus Læthifera inficiantur qualitate, vti docet Galenus de aquarum bonit. Theophraſt. & alij, quam referunt aliquando repreſſam Rinocerotis, & Monocerotis, ſeu Vnicornis animalium impoſitione cornu. Poſſunt igitur Aquæ ob aliquam in ſe venenatam qualitatem obitus (vt euenit Alexãdro Magno) aut etiam irremediabiles morbos in homine producere; ergò non podagram, quæ ſecundum Hipp. eſt morbus remediabilis.

l. 2. prædictionũ

Mineraliũ diuiſ.

Foſsilia quædam venena.

Arſenici ſpecies.

Roſagallum.

Eſt etiam Terra venenorum produtrix, ſeu pateant in eius ſuperficie, ſeu latitent in viſceribus. Mineralia, quorum alia Foſſilia, Metallica alia, latitant intrà terræ viſcera; & inter Foſſilia referuntur Gypſum, Arſenicum (antiquitus autem Arrenicum) cuius duo ſunt genera; alterum natiuum (coloris nimirum crocei) alterum artificiale, quod album eſt, & hoc præcipuè Arſenicum, quod vbi inueteraſcit fit lucidũ, & Roſagallum, omnium deterrimum, ex Cardano lib. 5. de Miſtis, & ſimilia.

Metallica, quę communi Chymiſtarum doctrina, ſeptem recipiunt differentes ſpecies, iuxta ſeptem planetarum ordines; attribuitur

tribuitur quidem plumbum Saturno; Ioui autem æs cyprium; Marti verò ferrum; Soli aurum; Veneri æs; Mercurio electrum; Lunæ denique argentum. Ex illis, ſi quæ venificam habeant naturam (vti plumbi limatura, ferri limatura, & ſcoria, necnon huiuſmodi ſecundum Auic.) poterunt quidem inferre necem, aut inducere contrictiones anhelitus, inflammationes, aliaq; grauiſſima ſymptomata (vt cõtingit Agrippæ illi magno, qui ſe Deum appellari permiſerat; & Agrippæ Iudæorum Regi; ſed hic ob Gypſum, ille autem ob Arſenicum è vita diſceſſit) ſed nunquam alias vſquam viſum eſt à metallis quempiam podagra laboraſſe. Non igitur venena, quæ in terræ viſceribus generantur, ſiue ſint foſſilia, ſiue metallica, poterunt eſſe in cauſa podagræ. Sed neque pariter virus aliquod venenatum in terræ ſuperficie habile erit ad podagrã inducendã; nã ſi huiuſmodi virus eſſet in cauſa podagræ, id ſanè foret Vel ratione Fungorum; Vel Plantarum; Vel Animalium; hæc enim ſingula ſupra terram. Sed nullum horum eſt dicendum; ergò, & cæt.

Mineralia Planetis attributa.

l. 4. f. 6. tr. 1. c. 3.

Agrippæ exempl. ob Gypſ. ob Arſen.

Virus ſuper terrã nõ cauſa podag. q̃ dicuntur ſup̃ terram.

Fungi nõ inducũt podagrã.

Quod Fungi non inducant podagram neq; boleti, & alia huiuſmodi genera, non erit difficile demonſtrare; nã quicquid veneni in ſe habent, id citò egerunt ad hominis perniciem, ac interitum, vnde illud vulgatum carmen:

Adagiũ fungorũ.

Boleti lethi cauſa fuere mei.

Licet olim de Fungis, ac maximè Boletis, omnium minimùm noxijs malè Nero enunciauerit, eos eſſe deorum cibos; cum igitur fungorum qualitas noxia, teſte Gal. 2. de alim. fac. & Auic. lib. 4. fen. 6. interitum, ac citò, propter difficilem reſpirationem, & animi deliquium inducat (vt iam euenit Catharinæ de Palmerijs, & anno ellapſo vniuerſę ruſticorum familię de Cyrunis.) Ergò non eſt aſſerendum à Fungis poſſe generari podagram.

Fũgi deorũ cibi. *t. de fungis.* *t. 1. c. 10* *Fungorũ effectus.* *Exempl. propter fungos.*

Quod autem neque Plantę ſint in cauſa podagræ, ex hoc probatur; nam ſi Plantæ eſſent in cauſa podagræ; ergò Vel quo ad ipſarum Folia; Vel quo ad Flores; Vel quo ad Fructus; Vel quo ad Semina; Vel quo ad Radices; Vel quo ad Succos. ſunt enim plantæ nonnullæ venenatæ, quo ad dictas plantarum partes, ex Hieron. Mercur. idq; facilè;

Plantæ nõ inducunt podagram.

lib. 1. de morb. venen. c. 13

facilè; nam ſimplicium partes diuerſæ oſtēdunt vires diſſimiles, ex Gal. de Ter. ad Piſ. *cap. 4.* Sed nullum horum eſt dicēdum; ergò, &c.

Non quidem Folia; nam folia Oleandri, vt Staphiſagriæ, inducunt ventris inflammationem maximam, vehementemq́; anguſtiam (vt fuit expertus Anaxagoras, in carcerem ab Athenienſibus coniectus, dum deluſiſſet Solem, quem illi reuerebantur) Pſyllij autem virtutis caſum, anhelitus conſtrictionem, ac omninò ſyncopim, & ita ob hanc cauſam euenit Arato Duci Sicyonio. *Facult. Oleādri. Staphiſagriæ. Exempl. Pſyllij. Exempl.*

Hoc idem aſſerendum de quibuſdam violis albis, quarum meminit Mercurial. & de croco, calorem natiuum reſſoluendo, propter cuius potionem ad tres dragmas perijt ridendo Crotuſis Megapolitanus. *Not. Croci exempl.*

Pariter etiam de Anacardis, & pomis Mādragorę, quę vulgariter BELLA DONNA, necnon de nuce Methel, cuius cauſa Critolaus Thermophylarum Dux ex hac vita migrauit; cæterum Mandragoræ pomis Laodice Regina Syriæ Antiochum maritum ſuum extinxit. *Anacar. Poma mādrag. Nuc. Methel. Exempl.*

Sic de Seminibus, vt Mādragoræ, & Alterci,

Sem. Mādragora Alserci. terci, ſeu Hyuſquyami vtriuſque, ob quæ Ariſtobolus Rex Iudeæ poſt vertiginem, rationis permiſtionem, epilepſiam, & apoplexiam in carcere vitam amiſit: inter hæc *Coriandrorum.* addere nobis placent coriandra recentia, & non præparata.

Radicū mādrag. Vua vulpis. Nec aliter dicendum eſt de Radicibus Mandragoræ, ac Vuæ vulpis (quarum vſu vita Druſus Romanus defecit) necnon *Helleb. vtriuſq.* Hellebori tam albi, quam nigri, quibus nimia oris libertate contra Imperatorem vi*Exempl.*talia lumina liquit Burus Eques Romanus.

Opij. Idem affirmamus in Plantarum ſuccis, *Exempl.* vti opij (quo animam egit Lucius Tubulus ab vrbe exul) necnon Scammoneæ, ob quam Longinus Adriani Imperatoris Legatus extremum vitæ ſpiritum edidit.

Animal. veneno ſa non in cauſa podagra. Denique non animalia venenoſa poſſunt eſſe in cauſa podagræ, ipſam enim inducerent Vel ſecundum ſe tota; Vel ſecūdum illorum partes; Vel ſecundum excrementa; Vel ſecundum humores vtiles; hæc enim omnia in animalibus maximè perpenduntur. Sed nullum horum eſt dicendum; ergò, & cæt.

Non ſanè animalia ſecundum ſe tota poſ-

poſſunt eſſe in cauſa podagræ; nam Cantharides (vel manibus retentæ) veſicam, & non pedes lædunt; interdumq; obitum afferunt (vt euenit Coſſino Equiti Romano, qui ob cantharidum potionem ſupremum vitæ diem egit) Sunt etiam quædam piſcium genera, de quibus Auic. ob quorum piſcium eſum, ac maximè ſi fuerint poſiti in loco humidiori contingent difficiles reſpirationes, ac animi deliquia, poſt quæ mors ipſa, vti ob hanc cauſam facilè euenit Antonino Imperatori.

Cantharides in cauſa obitus. Exempl.

l. 4. f. 6. tr. 2. c. 3. & 10. Exempl. ob piſciũ genera.

Neque ſecundum partes, vti patet de vipera, quo ad caput, & fel; propter quam, vel dudum mortuam, fuit læſus; quinimò è medio ſublatus M. Manlius Conſul. additur Cerui caudæ extremitas, ob cuius potionem ſyncopis contingit. teſte Auic.

Exempl. ob viperam. ibidem cap. 15.

Neque ſecundum excrementa (vt ſudor equi irati, muris vrina, fel leopardi, vt canis aquatici) quæ nullo pacto ſunt in cauſa podagræ, ſed obitus; verum autem eſt, quod mors ob fel leopardi trium horarum ſpatio; at ob fel canis aquatici poſt hebdomadam, ex Auic.

Nõ ſecũdum animal. excremen.

ibid. cap. 13. & 14.

Neque ſecundum humores vtiles; nam

ſanguis

ſanguis in ventre congelatus licet veneno-ſitatem haud extra corpus fuerit adeptus, procul dubio eſt venenum; additur etiam ſanguis taurinus recens, hauſtus, vt qui celerrimè coeat, atque pbdureſcat, ob quem confecit extremum vitæ diem morte Themiſtocles Athenienſis; tunc non podagram, ſed anhelitus difficultatem, & alia
ibidem grauiſſima ſymptomata, teſte Auicenna.
cap. 19. Adhuc lac corruptum in ſtomacho conge-
& 20. latum eſt in cauſa non podagræ, ſed vertiginis, ac ſyncopis. Item ſaliua canis rabidi, vt viperæ, non podagram, ſed hominum neces; perinde ac oua aſpidum, & maximè Alharbe, ob quorum potationem ſtatim homines, ſecundum aliquos, mo-
cap. 18. riuntur, teſte Auic. ibidem.

Sed in hac de venenis perfunctoria tractatione iterum nobis conſideranda occurrent in ipſis venenis Quantitas, Qualitas, Præparatio, & Modus operãdi; Vtrum videlicet aliquod ex dictis podagram inferre poſſit. Quod in veneno quantitas non valeat inducere podagram, ex eo probari poteſt; nã ſi exhibebitur huiuſmodi virus in minima, & ferè inſenſibili quantitate,

tate, tunc aut nihil mali efficiet, vt patebit de opio, aut mortem inducet (vt erit clarum per Napelli ſuccum) ergò nullo pacto podagram. id quod etiam eſt aſſerendum de quantitate mediocri, vt cõſtabit de ſucco porri, ſeu lactucæ, & de ſucco dicti Napelli. De maxima verò dicti veneni quantitate, vt ſuccus lactucæ, vel porri præter ſuccum Opij, & Napelli (vt in eiſdem exemplis moremur ob huius doctrinæ claritatem, ac facilitatem) tunc hominum neces inducentur ex Auicenna, & ex Dioſcoride lib. *6*. Ergò non inducetur podagra, ob huiuſmodi virus. *Locis citatis. De re medicinali.*

Neq; ratione qualitatis huiuſmodi virus poterit eſſe in cauſa podagræ, nam ſi ita contingeret; Ergò vel ratione primæ qualitatis (ac maximè actiuæ) vel ratione ſecundæ qualitatis, ſed neutrum, Ergò, & cæt. Conſequentia ex traditis à Gal. 1. de temperam. cap. *6*. *Virus nõ inducet pod. rõne qualit. Qualitas duplex.*

Aſſumptum autem probatur, non quidem ratione qualitatis primæ, ac præſertim caliditatis, nam venena calida interficiunt, quaſi comburendo cum diſſolutione caloris naturalis, & humidi natiui, in quo vita *Virus calidũ quomodo interficiat*

Y con-

conſiſtit, talis autem naturæ eſt Tapſia, Anacardum, & ſimilia, ob quorum eſum ſentitur inordinatio, & corroſio puncturæ, & inciſio ſi fuerint cum acuitate, at ſi cum inflammatione, tunc exuberatio ſudoris, & rubedo oculorum, & anguſtia, & ſitis. Frigida verò quaſi ſtupefaciendo, nam ob ipſa calor naturalis, & ſpiritus vnà ita frigidi redduntur, vt penitus congelentur, & ſuas operationes exercere minimè valeant, ex quo demum non podagra, ſed interitus ſequi ſolet, veluti ex Mandragora, Solano ſomnifero, Hyuſcyamo, & conſimilibus; ob quæ ſomni profunditas, ſtupor, frigusq; teſte Alberto Magno de animal. lib. 25. cap. 1.

Sapores in varijs venenorum ſpeciebus.

Non ratione Qualitatis ſecundæ, quæ erit in ipſis venenis Amaritudo (quæ in Opio maximè obſeruatur) Acredo (quæ in Arſenico) Aciditas (quæ in Calchanto) Dulcedo quædam, vt in Cicuta, & in Aconito, in cuius fine aliqua amaritudo, nam horum nullũ producit podagram, ſed obitum, aut grauiſſima ſymptomata ex Auic. locis citatis: de induſtria omittuntur venenorum colores, vt albus in Arſenico, & Argen-

Venenorũ colores varij

gento Sublimato; viridis in ære viridi; croceus in Auripigmento; niger in Opio, non enim ad rem noſtram aliquid faciunt, ſicut neq; dictorum viſio, legitur enim de Lepore marino, qui conſpectus à prægnantibus abortum facit, cuius cauſam referrem in ſuum odorem tetrum, & piſculentum, neq; mirum, nam in limo, & ſordibus degit teſte Euſtachio Rudio. *De morbis occul tis.*

Non ratione Præparationis virus aliquod poteſt podagram inducere, ſecũdum enim varias formas, vt puta in puluere, in ſuccis, ſeu liquoribus, & alijs formis, quas ob impuros, & nefandos homines reticere conducit, vt ne magis inſtruantur, & ad mala perpetranda facilius inducantur. Gal. doctrina. *l. 2. de antidotis. cap. 7.*

Non deniq; ſecundum operandi modũ, nam Galenum docere in venenis modum, quo inducant podagram, nullibi obſeruaui, ſed certè modum, quo interimant, vnde medicis peritis non eſt ſatis intelligere vim venenorum exitialem eſſe, & calorem natiuum ab ipſis iugulari; ſed etiam ipſis opus eſt intelligere modum mortis, quam inferunt, vt deprehenditur ex Gal. & ex *l. 1. de ſemine.*

 Auic.

Auic. Venenorum igitur Alia interimunt à ſpecifica proprietate, cum calorem natiuum (quem intelligo ſimul eius ſubiectum, ſiue materiam, quæ eſt humidum natiuum) euertant, vti Napellus; idq; præſtat vbi aliquam noſtri corporis partem ſemel infecit, pars ea proximam inficit, & hæc alteram vſque quo in cor perueniat; quod deinde inimica, & aduerſa facultate vitiat, corrumpitq; hoc tali veneni genere ſecundum aliquos fuit interfectus Alexander Syriæ rex, at ſecundum alios ob quoddam veneni genus, quod proiectum ſuper carbones, vbi inſpirauit, illico vitã cum morte commutauit. Alia verò ſecundum qualitates manifeſtas, vt puta vel ratione caliditatis, quæ vniuerſi corporis naturam euertunt, Aut erodendo, vt Lepus marinus, quo fuit interfectus Titus Imperator à Domitiano Fratre: Aut inflammando, vt Euphorbium, præter ſpecificam proprietatem operans, ob quod Dyodatus, dux exercitus Demetrij regis Aſiæ fuit è vita ereptus. Vel ratione frigiditatis, priuando ipſum cor, & etiam totum animal, Aut congelando cor, & sãguinem, ac propterea ſenſum, ac

cap. 16. Locis citatis.

Venena ex ſpec. prop.

De Napello.

Exẽplũ interfecti ob Napellum.

Venena non ex ſpec. proprietate.

Veneni calidi operatio vna.

Altera.

Exemplũ ob euphorbiũ.

Vna veneni frigidi operatio.

ac motum auferendo, vt patet præcipuè de Opio, & de Cicuta, hacq́; fuit interemptus ab Atheniēſibus Socrates, & Quintus Catulus Romanorum conſul; Opio autem Pater Licinij Cecinnæ ob diuturnæ valetudinis tędiũ, ac dolorē, & Phalaris Romanorum ciuis. Aut obſtruendo, ita vt claudatur aditus ſpiritui; tum ingredienti, tum egredienti, vt facit Ceruſſa, Plumbum vſtum, & Gypſum, quo Proculeium ciuem Romanum interijſſe narrat Plinius; Plumbo autem vſto Sextus Domicius iacuit reſupinus; Ceruſſa deniq́; Vibius Virrius auctor, vt ciues Romani ſibi ipſis mortē conſciſcerent. Addit etiam Petrus Aponenſis virus ſiccum; Vel quia omne corporis noſtri humidum depopulatur, & abſumit, vt Calx (ob quam Petrus Maria miles mihi notus naturæ vitam reddidit) Calchantum (cuius cauſa Flaminius de Surghis mortem obijt) & quæ illis ſimilia; Vel quia continuas noſtri corporis partes diuidit humidũ continuans abſumens, vt Arſenicum, & Reagal, à quibuſdã MVRIS TOXICVM, alterutro autem fuit extinctus Philippus Syriæ rex; De veneno humido nō loquor, nam

Exēplũ ob Cicutam. *Ob Opiũ.* *Altera.* *Exempl. ob Gypſ.* *Ob Plũb. vſtum.* *Ob Ceruſſam.* *Ob Calc.* *Ob Calchãtum.* *Ob Arſenicũ, vel Reagal.*

Venenũ humidũ non admittitur

nam huiuſmodi qualitas in venenis non poteſt eſſe talis, ac tanta, vt corporis humani ſubſtantiam diſſoluat; & ſi ab aliquibus interdum fuerit exiſtimatum virus aliquod eſſe inter mortifera reponendũ, tunc pro certo habeatur, venena purè humida nequaquam reperiri, quinimmo ab humido ſolum non induci aliquem dolorem teſte Gal. lib. 2. de comp. pharmac. Præter dicta venena, operantia ſecundum dictas qualitates in noſtro corpore ſunt alia immodicè euacuantia, hæc enim (vt patet de Antimonio, de Scãmonio, & alijs maximè purgantibus) inter venena ſunt reponenda, cum vltra modum ſumpta interficiant, ex Gal. in 6. Hipp. de morb. vulg. Quod propter Antimonium (vt vehementiſſime purgans) quamplures pereant, non eſt opus teſtibus, cum ſingulis ferè diebus hoc pateat, & fidem iam fecit Sinigardus Donighus, & Stephanus de Soncinis, quibus ego familiaritate vtebar, qui ob Antimonij aſſumptionem eodem die ſpiritũ extremum effuderunt. Propter etiam Scammonium è vita diſceſſit Marcellus de Attẽdolis, vt propter helleborũ album Alphonſus Arnuſius.

Secundũ locos. cap. 2.

Com. 6. t. 5.

Exẽplũ ob Antimoniũ.

Sunt

Sunt & Septica, ſeu Putrefacientia, quæ putrefaciunt in corpore noſtro non ſolum humores, vti Theſſalus ſibi perſuadebat; non ſolum ſpiritus, vt Archigenes opinabatur; non ſolum carnes, vt Eraſiſtratus arbitrabatur; ſed & ſpiritus, & humores; & carnes ſecundũ Galeni doctrinam de cauſis morborum. cap. 9. inter hæc ſunt Aconitum, cuius folia, neq; flores, ſed radices, & ex his ſuccus nocet, ac multo magis à proprietate, quam à ſua qualitate, vnde Calpurnius ille vxores ſuas interimebat, vt ditaretur, tactis ſuarum vxorum genitalibus dicti aconiti ſucco, vt refert Hieron. Mercur. lib. 2. de morbis venenoſis cap. 8. *cap. 9.*

Ex hucusq; tractatis de cauſa venenata, in podagra vnuſquisq; poteſt agnoſcere Veneni tum cauſam à natura productam; tum diuiſionem; tum plerorumq; ſigna; tum diuerſorum ſaporem; tũ operationes ex ſpecifica proprietate, nec non ex qualitatibus tam primis, quam ſecundis, de quorum curatione, vt neq; de ipſorum præſeruatione tractare hic non eſt locus. *Epilogus.*

Hactenus etiam de ratiocinijs, quibus eſt omnino demonſtratum, quod neq; cauſa

ſa occulta, neq; maligna, neq; virus aliquod venenatum poteſt eſſe in cauſa podagræ; noſtra modò refert ob clariorẽ dictæ quæſtionis certitudinem adducere alias rationes pro altera parte; & quod cauſa occulta poſſit eſſe in podagræ morbo, ſic probandũ arbitror, nam ſi cauſa occulta non poſſet eſſe in podagræ morbo, Ergò cauſa ſecundum ſenſum, quare nobis nota ſemper eſſet in dicto podagræ morbo; At conſequẽs eſt falſum; Ergò, & cæt. Conſequentia, nam quicquid non eſt occultum, eſt ſecundum ſenſum, quare, & nobis notũ. ex Gal. Aſſumptum ex traditis à nobis in cap. 10. vbi inter alia, Rex Aſa, & quamplures nobiles ob cauſas (occultas arbitror) in podagram inciderunt.

Pro parte affirmatiua. *1. Eſt cauſa occulta.* *Probat.* *Ad Thraſybulũ c.*

2\. Eſt etiam cauſa maligna in podagræ morbo, nam podagra eſt morbus cum vitæ periculo. ex Auic. l 3.

Cauſa maligna *Fer. 22. t. 2. c. 5.*

3\. Deniq; in Podagrę morbo eſt virus non ſolùm ex Euſtachio Rudio de morb. oc. & ven. vbi, quis non putet propagari venenatam labem in omnes corporis partes. Sed etiam id confirmatur hoc, vel ſimili ratiocinio; Liquet ab eſu fungorum (in quibus ineſt

Eſt virus. *Rudius. cap. 2.*

ineſt glutinoſus, & craſſus ſimul ſuccus, vt Gal. tradidit) facilè podagram induci. *l. de ſuccorũ bonit. & vitio c. 4.* Sed virus in fungis eſſe affirmat, & citra controuerſiam conſtituit Dioſcorides; ergò neceſſe eſt in podagrico morbo eãdem *lib. 6. de fungis.* remanere venenoſam qualitatem, quæ à ſua cauſa fluxit.

Præterea ex Auicennæ doctrina, hæc *lib. 4. f. 6 t. 2. c. 4.* altera ratiocinatio ſuffragari videtur; tradit.n. frixos piſces aliquandiu, & propriè aſſeruatos in loco humoroſo veneficã contrahere qualitatem, quorum ob eſum poſt multa remedia, quibus vix potuit ab interitu liberari Robertus Eques Romanus, *Exempl. ob piſces frixos.* tandem in podagram incidit.

Referunt etiam viri in arte medica inſigniter docti, à carnibus animalium, quæ à fulmine interfecta ſunt; & ab illis, quæ aſſatæ illico cooperiũtur, ita vt nullo pacto *Exempl. ob carnẽ à fulm. & frixã. loco cit.* euaporent, Henricum Imolenſem, & Lucium Vectium in podagricum morbum incidiſſe; atque eſt in confeſſo ex Auic. hęc omnia eſſe venena.

Pro huius quæſtionis determinatione confugiam (vti eſt Dialecticorum conſuetudo) ad varias propoſitæ quæſtionis di-

ſtinctiones. Quocirca in podagræ morbo cauſam eſſe OCCVLTAM, Vel penes Medicos Incãtatores (quos videtur nuncupaſſe Gal. ἐπῳδούς) Vel penes Medicos Methodicos; amborum autem meminit Hippocr. in lib. de dec. ornatu: Si attenderimus Incantatores (vt qui ſint ſæpe maledici, inuidi, & facilè lucri cupidi) tunc in podagræ morbo, quinimmo in quolibet morbi genere, eſt cauſa occulta; nam in ſingulis ægritudinibus opinantur ſemper aliquid eſſe occulti: cæterum ſi attenderimus medicos methodicos, & maximè rationales (quos Hipp. Deo ferè æquales reddit) tunc non eſt neceſſe; eoq; minus, ſi cauſarum naturalium rationem habuerint.

17. de vſu part. c. vlt.

L. de dec. ornatu.

Secundũ empiric. & ſecundum rationales.

Amplius, aut ſecundum Empiricos (& tunc non modò podagræ, ſed vniuſcuiuſq; morbi cauſa eſt ſemper occulta; nam opinantur experientia magis, quam methodo curari cauſas morborum occultas, & non occultas) Aut ſecundum Rationales, & tunc nõ eſt neceſſe, quod in podagræ morbo ſit cauſa occulta; & ſi permittatur cauſa occulta, tũc debet curari methodo minus, quam experientia; non tamen empirico-

rum ritu,ſed arte,ac methodo quadam, vti Gal. in curatione doloris, prodeuntis ab animalis venenati morſu. *l.13.meth. med. cap.6.*

Rurſus cauſam malignam eſſe in morbo podagræ, quæ vel cedat medicamentis, & tunc negandum (quia morbi, medicamentis cedentes non habent ſuas cauſas malignas, vt apud Zechium in ſuis conſ. medic.) Vel quæ reluctetur medicamentis, appropriatis tamẽ, & opportunè factis, de quibus Gal. & tunc cauſa maligna eſt in morbi podagrici cauſa. Tandem in podagræ cauſa eſſe venenatum quoddam virus; Aut vt res contrà naturam, quare & vt res naturę noſtrę maximè inimica; Aut vt res non naturalis. Si enim animum aduertetimus veneno, vt eſt contra naturam, & naturæ noſtræ omni ex parte inimicum, tunc virus non poteſt eſſe in cauſa podagræ, ſed quidem in cauſa huius, & illius obitus; aut ſaltem morborum incurabilium. Sin autem virus, vt ſit res non naturalis, cuius conditio eſt, vt ad ſalutem, & perniciem adminiſtrari queat, vti patet de Antimonio, de Helleboro, de Scammonio, de Opio, de Cantharidibus, & huiuſ- *Altera diſtinct. in lib. de puero epilepsico. Tertia diſtinct.*

ſtinctiones. Quocirca in podagræ morbo cauſam eſſe OCCVLTAM, Vel penes Medicos Incãtatores (quos videtur nuncupaſſe Gal. ἐπαοιδούς) Vel penes Medicos Methodicos; amborum autem meminit Hippocr. in lib. de dec. ornatu. Si attenderimus Incantatores (vt qui ſint ſæpe maledici, inuidi, & facilè lucri cupidi) tunc in podagræ morbo, quinimmo in quolibet morbi genere, eſt cauſa occulta; nam in ſingulis ægritudinibus opinantur ſemper aliquid eſſe occulti: cæterum ſi attenderimus medicos methodicos, & maximè rationales (quos Hipp. Deo ferè æquales reddit) tunc non eſt neceſſe, eoq; minus, ſi cauſarum naturalium rationem habuerint.

17. de vſu part. c. vlt.

l. de dec. ornatu.

Secundũ empiric. & ſecundum rationales.

Amplius, aut ſecundum Empiricos (& tunc non modò podagræ, ſed vniuſcuiuſq; morbi cauſa eſt ſemper occulta; nam opinantur experientia magis, quam methodo curari cauſas morborum occultas, & non occultas) Aut ſecundum Rationales, & tunc nõ eſt neceſſe, quod in podagræ morbo ſit cauſa occulta; & ſi permittatur cauſa occulta, tũc debet curari methodo minùs, quam experientia, non tamen empiricorum

rum

rum ritu, ſed arte, ac methodo quadam, vti Gal. in curatione doloris, prodeuntis ab animalis venenati morſu. *l. 13. meth. med. cap. 6.*

Rurſus cauſam malignam eſſe in morbo podagræ, quæ vel cedat medicamentis, & tunc negandum (quia morbi, medicamentis cedentes non habent ſuas cauſas malignas, vt apud Zechium in ſuis conſ. medic.) Vel quæ reluctetur medicamentis, appropriatis tamẽ, & opportunè factis, de quibus Gal. & tunc cauſa maligna eſt in morbi podagrici cauſa. Tandem in podagræ cauſa eſſe venenatum quoddam virus; Aut vt res contrà naturam, quare & vt res naturę noſtrę maximè inimica; Aut vt res non naturalis. Si enim animum aduerterimus veneno, vt eſt contra naturam, & naturæ noſtræ omni ex parte inimicum, tunc virus non poteſt eſſe in cauſa podagræ, ſed quidem in cauſa huius, & illius obitus; aut ſaltem morborum incurabilium. Sin autem virus, vt ſit res non naturalis, cuius conditio eſt, vt ad ſalutem, & perniciem adminiſtrari queat, vti patet de Antimonio, de Helleboro, de Scammonio, de Opio, de Cantharidibus, & huiuſ-

Altera diſtinct.

in lib. de puero epileptico.

Tertia diſtinct.

modi venenorum ſpeciebus, tunc huiuſmodi virus poteſt eſſe in cauſa non alterius necis; ſed podagræ, perinde, ac aer, potus, & cibus, necnon aliæ res non naturales, de quibus Galenus, & nos in ſuperioribus capitibus.

in arte medic.

Additur, quod virus Aut eſt propriè virulentum, ſeu venenoſum, de quo Galen. in 6. Hipp de morb vulg. Aut ſimilitudinariè, hoc eſt in nobis producat ſimpthomata ad ſimilitudinem veneni, cuius meminit Hieron. Mercur. Si enim fiant verba de veneno propriè virulento, tunc nullo pacto in cauſa podagræ; ſed huius, & alterius interitus, velociori tamen, ac tardiori tempore; ſiquidem interdum ſubitò (vt propter illos fumos, quibus vtebatur ille Ordelaphus, de quo ſupra, necnon propter abſorbitionem ouorum aſpidum, quibus ex vita ſubitò receſſit Gabriel Librentus, cui fuerunt dicta oua oblata à Lucilla vxore.

c.6.t.5. *de morb. veneneſ. & ven. cap. 2.* *Exempl. ſubita mort. ob venenũ.* *Exempl. trib. horis pp venenum.*

Interdum trium horarum ſpatio, vt propter leopardi fel, ob cuius aſſumptionem poſt tale tẽpus clam fuit extinctus Paſquaſis Primaranus, Dux peditum in Albania.

Interdum vno, vel altero die, vt euenit

præter

præter Alex. Magnum Honorio Ciui Romano ob potationem illius aquæ in Thracia apud Teontinos.

Interdum poſt ſeptem, vel octo dies, vt ob fel Canis aquatici; ſic enim poſt hebdomadam ſubſecuta fuit mors Conſtantino de Oſpinellis, ad cuius curationem nimis tardè medici fuerunt vocati.

Interdum poſt quadraginta dies, vt facit venenum ex Canis rabidi morſu; ob huiuſmodi enim canis rabidi morſum poſt dictos dies è vita migrauit præter alios Heraclius Tranius.

Addo ipſe tempore velociori, ac tardiori; prout habebitur ratio (præter naturam veneni operantis, vel à ſpecifica proprietate, vel ob aliam cauſam) Et Mēſuræ, Et Collectionis (tum quo ad anni tempus, tum quo ad cœleſtem diſpoſitionem, cuius meminit Leonardus Thurneiſerus de Plantis) Et Compoſitionis; non tamen diuerſarum qualitatum; nā vnum venenum poſſet alterum refrangere, vt legitur apud Poetam Auſonium, de vxore mæcha, quæ vt celeriùs interficeret maritum, miſcuit veneno argētum viuū, ab illo alterum expul- *Propria ſententia.*

pulſum fuit, de quo extat hoc lepidum epigramma.

Auſonij epigr. *Toxica Zelotypo dedit vxor mœcha marito,*
Nec ſatis ad mortem credidit eſſe datum,
Miſcuit argenti letalia pondera viui.
Cogeret vt celerem vis geminata necem,
Diuidat hæc, ſi quis faciunt diſcreta venenum,
Antidotum ſumet, qui ſociata bibet.
Ergò inter ſeſe dum noxia pocula certant,
Ceſſit letalis noxa ſalutiferæ.
Protinus & vacuos alui patiere receſſus
Lubrica deiectis qua via nota cibis,
Quam pia cura Deum, prodeſt crudelior vxor,
Et cum fata volunt, bina venena iuuant.

Et Complexionis eiuſdem; Et Roboris, cum meatuum anguſtia, & amplitudine; Et num fuerit ieiuno ventre, an pleno, Et ratione temporis, quo vocatus fuerit Medicus; Et ſi quæ talia fuerint.

Ex quibus etiam plerique dubitant, vtrum poſſit virus ita componi, vt certo, & determinato tempore operetur; quam quęſtionem ſilentio inuoluimus, cum nihil ad præſens opus. Eſt tamen doctè admodum, & copioſè agitata à Hieron. Mercur. de morbis venenoſis, & ven. cap. 7.

De

De Podagræ poſtmodum curatione ob cauſas occultas, malignas, & venenatas vberius tractabo in lib. 3. cap. 2. & 39. & lib. 5. cap 23. præmiſſa tamen prius illius indicatione, de qua in lib. 2. cap. 2.

Vtrum aliqua Lues venerea podagram inducere poſſit. Cap. XXX.

INter podagræ cauſas occultas, malignas, & venenatas connumeratur ab aliquibus de Morbo Gallico ſcriptoribus, Lues venerea, quæ ſemper (quicquid nonnulli dixerint) fuit cognita olim, & à Græcis, ac Arabibus, nuncq; à Latinis, nam dictæ Luis venereæ characteriſmus idem conſpicitur noſtris temporibus, ac in antiquis; nimirū Capillorum defluuia, Vlcera, Caries, Gummata, Nodi, Gonorrhæa, Cruciatus nocturni, Febriculæ, Macies, Verrucæ, Acrocordentes, Thymi, Phymata, Excreſcentiaq; carnis circa pudenda vtriuſque Sexus, hæc enim omnia paſſim recitantur ab Hippocrate, Galeno, Auicenna, & quampluribus alijs Græcis, Arabibus, & Latinis, ſtatuentibus dicta omnia originem habuiſſe à con-

Lues vener. à quibus cognita.

Qua de cauſa.

Luis venerea ſigna.

Vnde habuerit orig. Lues venerea. à congreſſu viri cum muliere, quare iure merito nunc in dubium vertitur; An Lues venerea poſſit eſſe in cauſa podagræ, eoq; magis, quod in pleriſq; conſultationibus frequenter diſceptatur inter medicos, an vniuerſim, articularibus morbis affecti, hac labe detineantur, necne. Cuius tituli ratione animaduertitur PER LVEM VENEREAM, nuncupatam etiam Luem Indicam, Hiſpanicam, Gallicam, & Neapolitanam, nomina deſumpta ab illarum prouinciarum habitatoribus, apud quos cæpit olim tum primum huiuſmodi Lues graſſari: Nos verò in Italia intelligimus Gallicum illum morbũ, ſeu Lernam, ſeu Labem, ſeu virulentiam in corpore humano exiſtentem, prout diuexat, aut ſpiritus, vt in hac opinione erat Zapata. Aut humores, vt Petri Bairi opinio ferebat. Aut ſolida, vt exiſtimabat Leonardus de Florauantis. Aut (vt nos opinamur cum quampluribus alijs rei medicæ peritis Doctoribus) hæc omnia ſimul, expreſſa poſtmodum à Gal. lib. de Trem. palp. conuul. & rig. per Humida, Solida, & Spiritus; cæterũ ab Hipp. per Cõtinentia, Contenta, & Impetum

Luis venereæ ſynonima. *Vnde varia Luis venereæ nomina.* *Quid intell. per luem veneream.* *Luis venereæ effectus.*

cap. 5. *6. Epid.*

petũ facientia, vt quæ hominẽ conſtituant.

Continentia nuncupantur, à nobis ſolida, vt quæ comprehendant, tegantq́; humida, vnde continentia ſunt partes tum ſanguineæ (vti carnoſæ, pingues, adipoſæq́;) tum ſpermaticæ, vti oſſa, membranę, nerui, & ſimiles. *Quenã ſint continentia*

Contenta verò ſunt humores, ſeu corporis ſucci tum alimentales, tum excrimentitij, vt lac, ſemen, ſerum, ichor, & ſimilia. *Quæ cõtenta.*

Quæ denique impetu feruntur ſunt ſpiritus, qui nõ ſunt in lue gallica excludendi, vt quidam ex recentioribus opinantur; ſiquidem ex Hipp. 6. Epid. ſpiritus in omnem corporis partem temporis momento facilè, ac citrà impedimentum peruenientes, non quatenus putreſcant (ſic enim excluderentur) ſed quatenus adeò patiuntur, adeoq́; alterantur, vt in pedibus dolores inducere poſſint, & conſequenter podagram, diſtendendo ligamenta, tendones, chordas, & venas pedum, præter alia, quæ in cap. 26. *Quæ impetũ facientia.* *Non excludẽda à Lue gallica.*

Quòd modò Lues aliqua venerea non poſſit podagram inducere, probatur non *Pro parte neg.* 1.

ſolum auctoritate Capiuacij de Lue venerea, ſed etiam exemplo Dionyſij de Dar-
2. dis, qui lue venerea infectus, nunquam podagram fuit paſſus; ſunt alij etiam in hac eadem naui, quos breuitatis cauſa miſſos
3. facio: accedet huiuſmodi ratiocinium. Si ità; ergò Lues venerea podagram induceret, vel vt eſſet cauſa interna, vel vt externa (cauſarum enim altera interna, externa
cap. 2. altera, ex Gal. in com. Hipp. de nat. hum.) ſed neutrum; ergò & cæt. Non quidem vt cauſa interna; nam huiuſmodi labes in corpore humano haud poteſt (vti venenū ex humorum prauitate) ſpontè generari: interim autem non inficias itur, quin lues venerea interdum proueniat. Aut è ſemine parentum infectorum (vel alterius) maximè ſi laborent gonorrhæa gallica; ſimile nanque ſemen degenerando in calidum innatum peſſimum, poſſet ſuo tempore podagram inducere; vti annis elapſis euéniſſe Enrico Buallino fuit exiſtimatum ob parentes iam morbo gallico laborantes. Aut ex alimento nutricis, dicta labe infectæ; vt iam fatebatur Illuſtriſ. Comes N. Neq; profuerat, vt illa nutrix, dum lac ipſi

Non vt cauſa interna.

vnde cōtingat lues venerea ex cauſa interna.

ipſi exhibebat, ligni ſancti decoctum aſſumpſiſſet. hinc mirum nequaquam eſt, ſi lues venerea in aliquibus promptiùs agat ſecundum partes carnoſas; in alijs ſecundum partes ſpermaticas, & omninò ad articulos ſpectantes.

Not.

Non vt cauſa externa.

Non vt cauſa externa, nam lues venerea induceret podagram, vel concubitus ratione, vel citra concubitum; alterutro enim modo hęc virulentia hominibus omninò accidit, ſed neutrùm; ergò, & cæt.

Quo lues venerea extra concubit.

Non extra concubitum, nam hucuſque non eſt apud Scriptores obſeruatum, quod aliquis propter oſculum alterius, lue venerea infecti, in podagram inciderit; ſicuti neque per linteamina venereo ſudore, aut ſanie infecta, neque per veſtium geſtationem, neque per aliquem contactum, neq; aliquo alio modo, quo dicta lues venerea ſe ſe alijs communicare poteſt; facilius tamen bilioſis; poſt quos ſanguineis; poſt hos pituitoſis; tandem melancholicis.

Quinā luem vener. facilius ſuſcipiat.

Quanā in lue vener. contingant ob cõcubitum.

Non per concubitum, nam hoc pacto luis venereæ vi non excitantur podagræ, ſed Bubones, Puſtulæ, Gonorrhæa, Tinnitus aurium Depilatio, Vlcera; quæ ſi pu-

denda occupauerint, tunc caries: ſin pedes, aut manus, perinde ac ani partes, tunc Rhagades, in reliquis poſtea partibus nuncupantur vlcera ſimpliciter, & ſi quæ talia fuerint. Minus autem ad hanc luem veneream ſuſcipiendam ſunt diſpoſita corpora denſiora, duriora, frigidi temperamẽti, bonis ſuccis referta, perinde ac parum laborantia in venereo congreſſu, parum amantia illas mulieres, cum quibus miſcentur, & nunquam alias paſſa ſunt huiuſmodi labem, quam alia corpora hiſce contraria.

Pro parte affirmatiua. Ex aduerſo autem extat Ioannes Thomas Minadous in ſuo tract. de Arthritide.
1. Sit exemplum Cambij de Sancta Sophia, mihi noti, qui poſt gonorrhęam gallicam
2. in dolores abſque cauſa externa in pollicis pedum nodo cum ambulandi impotentia, ipſi etiam contigit, vt teſticulorum
3. oſſea prolongata fuerint. Neque prætermittenda huiuſmodi ratiocinatio: lues venerea inficit continentia, contenta, & impetum facientia; ergò, & cæt. Antecedens probatur ex Scriptoribus de lue venerea. Conſequentia verò, nam quicquid inficit

con-

continentia, contenta, & impetum facientia, quorum iam meminimus in cap. 26. & 27. poteſt podagram inducere, vt apud Galen. in 6. aphor. 28. Additur, quod à lue venerea primùm è principabilibus viſceribus afficitur hepar ob venas pudendorum rarefactas, quarum rarefactione contrahitur aura quædam maligna, & virulenta, quæ ad hepar vſque extenditur, & huius ſanguis totus ob malignitatem infectus alimentum membris vitioſum impertitur. *Not.* *in lue venerea hepar primò afficitur.*

Quid autem ſit in hac quæſtione determinandum, opinarer eſſe pernecesſariam aliquam luis venereæ diſtinctionem: itaq; lues venerea perpenditur, Vel penes dictæ virulentiæ ſubſtantiam: Vel penes originem, hæcq; cenſetur Aut in vtero concepta; Aut extra vterum: illa verò eſt Vel incipiens, Vel confirmata, Vel inueterata. Si modò conſideretur ſecundum ſubſtantiam, & vt incipiens, tunc lues venerea non erit in cauſa podagræ, ſed modò febriculæ, varias periodos ſeruantis pro ratione humoris peccantis in ſubiecto patiente: modò laſſitudinis ſpontaneæ: modò ſegnitiei totius corporis: modò vagorum *Propria ſenten.* *Diſtinctio.* *Altera.* *Alia.* *Luis venereæ incipientis ſigna.*

rum dolorum (hiq; mox pruriginoſi, mox vlceroſi ob varias luis venereæ materias) per vniuerſnm corpus (quare interdum capitis, interdum humerorum, brachiorum, crurum, ac maximè ſub veſperas) modò immutationis vultus cum liuido circulo ſub inferiori oculorum palpebra: modò caloris inſignis in manibus, ac pedibus, & quādoq; cū puſtulis, & rupturis in vola manus: modò mœſtitiæ pręter cōſuetudinem; Accedunt modò caries circa pudenda; modò Bubones; modò Gonorrhæa, qnæ ſingula ſi apparuerint, ſecunda, vel tertia die à congreſſu, tunc facillimè curabuntur; alioquin difficilè, ac difficilius ſi pertranſieric vnus, aut alter menſis, aut etiam plures ſicuti pluries obſeruaui.

Luis venereæ cōfirmatæ ſigna.

Sin autem confirmata lues venerea fuerit, tunc etiam non erit in cauſa podagræ, ſed modò impetiginum: modò puſtularum (ac interdum cum ſanie, interdum abſque ſanie; præſertimq; capiti, fronti, & barbæ inſidentium) modò vlcerum calloſorum, vel in pudendis, vel in alijs corporis partibus; modò raucedinis pendentis à nimia humectatione, ſeu relaxatione vueæ, ſeu colu-

columellæ, pendentis à palato: modò tumorum in faucibus talium, vt patientes vix deglutire poſſint: modò capillorum defluuium.

Sin denique lues venerea fuerit inueterata, & hæc poteſt facillimè podagram inducere, vt etiam corruptionem dentium, & palati: dolores vehementes certo loco fixos; Gummata, Tumoreſue duros circa oſſa: aurium tinnitum ferè continuum, continuaſq; ferè vigilias, neque mirum, nam lues venerea inficit noſtri corporis ſpiritus, humores, parteſq; omnes, quærentes ſe liberare à prauorum humorum ſarcina, de quibus in cap. 27. *Luis venereæ inueteratę ſigna.*

Sin autem conſideretur dicta lues venerea ſecundum originem, nec non in vtero concepta, vti per ſe non eſt neceſſe, vt podagram inducat, ita per accidens haud erit inconueniens, vt diebus elapſis contigit Illuſtriſſimo Alphonſo N. Verumenimuero extra vterum tunc luem veneream inducere podagram. Aut omnibus, non, vti quotidiana experientia docet, cum lues venerea ſola non ſufficiat ad podagram inducendam: Aut aliquibus, hiſq; pedum imbe- *Not.*

imbecillitatem patientibus. Vtique,& ita euenit Alexandro de Binis, necnon Lucio de Fantis, mihi familiaribus.

Epilog. Ob præſentis quæſtionis excitationem vnuſquiſque deprehendere poteſt, & vnde huiuſmodi lues venerea contingat (vel .n. ex parentum infectorum ſemine, vel ex alimento à nutrice infecta accepto) Et qui facilius, & difficilius ipſam ſuſcipiant. Et quando promptius agat ſecundum partes carnoſas, quam ſecundum partes ſpermaticas. Et quomodo aliquis dicta labe inſici poſſit. Et ſigna ipſius, tum incipientis, tum confirmatæ; tum inueteratæ. Et ipſius effectus. Et ipſius partem principalem primario affectam cum modo, quo afficitur. Et quot, quibuſq; modis alteri accidat, nimirum vel penes illius ſubſtantiam, vel penes illius originem.

De Podagrę tandem ob luem veneream excitatę, indicatione, curatione, ac præſeruatione in alijs libris fient verba.

QVAE DESVNT IN ANTECEDENTIS FERE CAPITIS FINE AD SIGNVM ☞ SVNT ISTA.

Sin

Sin autẽ ſimilitudinariè, tunc nihil prohibet virus eſſe cauſam podagræ, vti hac de re videtur fuiſſe locutus Euſtachius Rudius. conſiſtit poſtea huiuſmodi venenorum ſimilitudo in humoribus prauis, atque his, vel quatenus ad putrefactionem, quam citiſſimè vergunt, vel quia in corpore ſua natura paulatim ſunt geniti, ob prauam rationem victus, in venis diu retenti, ſicut nos diffusè admodum in Epiſtola Reſponſiua ad Eminentiſſimum Cardinalem Capponium de febre peſtifera tradidimus (atq; etiam pariter conſiſtit veneni ſimilitudo in mortis celeritate, in ſymptomatum grauitate (quæ ſunt præcipuè lypothimiæ, Dementiæ, Dolores ingentiſſimi, atq; id genus alia, poſtmodum infinita) nec non in Corroſione, Inflammatione, Corruptione, Putrefactione, & Suffocatione; qui effectus omnes producuntur etiam ex varijs venenorum ſpeciebus, quæ perſonas interficiunt modò corrodendo, modò inflammando, modò corrumpendo, modò putrefaciendo, modò deniq; ſuffocando, interdum occulta illorum ſubſtantia, interdum manifeſtis qualitatibus illorum, in quibus vene-

Virus p ſimilitudinẽ eſt cauſa podagræ.

Venenorũ ſimilitudo cũ humorib⁹ prauis, & ob quã cauſã.

In quo cõſiſtãt venena.

Quæ ſymptomata ſint grauia.

Quomodo venena interficiãt

Quid atte̅datur in venenis.

nis eſt omnino attendenda Menſura, Qualitas, Compoſitio, Modus operandi, atque Collectionis tempus, vt ſupra: fol. 160.

Atq; vt vnico intuitu præſentis quæſtionis determinatio facilius apprehendatur, tria fundamenta iuxta tres dictiones in hoc capite poſitas, iaciemus, ſitque.

Primum, in podagræ morbo eſſe cauſā malignā, quæ medicamentis, aut
- Cedat ſtatim. Non. quia morbi ſtatim cedentes medicamentis, nullam in ſe cauſam malignam habent vti ſupra; fol. 171.
- Reluctetur, & tūc dictis medicamētis, vel
  - Non appropriatis. Non. quia nulla cauſa maligna poteſt eſſe in podagrico morbo, neq; etiam in aliquo alio morbo, vbi medicamenta propria omittuntur.
  - Appropriatis, & tunc adminiſtratis vel
    - Opportunè. Vtiq; ſic .n. patefit cauſa maligna in morbo podagrico, vt etiā in alijs morbis.
    - Intempeſtiuè. tunc pars Negativa eſt defendenda, ob cauſas iam adductas.

Se-

Secundũ autem, in podagrę morbo eſſe venenatum quoddam virus, diſtinguitur virus, vel enim conſideratur, vt eſt

Res præter naturã, & tunc vel

Per ſe. Non. quia virus omni ex parte (vt naturę inimicum) eſt in cauſa necis vnicuiq; perſonæ.

Per accidens. Nihil prohibet, cum tale virus per os ſumptum poſsit eſſe in cauſa, cur humores varij ad ipſos pedes fundantur, &c.

Res non naturalis, cuius conditio eſt, vt ad ſalutem, ac perniciem adminiſtrari queat. Vtique, idque accidet, vbi tale virus fuerit malè præſertim præparatum, antequam ſumatur ab ijs, quorum pedes ſunt debiles à natura, vel ob aliquod erratum, in ſex rebus non naturalibus commiſſum.

Res naturalis, & tunc vel hoc virus erit

Propriè virulentum, ſeu venenoſum. Non, ſiquidem eſſet in cauſa nõ alicuius morbi, ſed necis, modò autem velocioris; modò tardioris; cum necet interdũ ſtatim, interdũ trium horarum ſpatio, interdum vno, vel altero die, interdum poſt ſeptem, vel octo dies, interdum etiam poſt quadraginta dies, idq; omne aut à ſpecifica ſubſtantia, vel ob aliam cauſã, in qua maximè cõſideratur Menſura, Qualitas, Compoſitio, Modus operandi, & tandem Collectionis tempus.

Similitudinariè. Nihil Prohibet, hæc poſtea ſimilitudo conſiſtit in Mortis celeritate; in grauitate Symptomatum (quæ ſunt præcipuè Lypothimiæ, Dementiæ, & ſimilia) in Corroſione; in Inflammatione; in Corruptione; in Putrefactione; & in Suffocatione.

- Tertium deniq; in Podagræ morbo eſſe cauſā occultā, vel penes eos, qui medētur, aut
  - Per incātationes, de quibus Gal. 6. de ſimpl. medic. fac. c. 1. Nihil prohibet, opinantur .n. in omni morbo, ne dum in podagrico eſſe cauſas occultas, quare vtuntur fabulis, & curioſis, & à medicina alienis.
  - Abſq; incātationibus, vt qui neque ſolis verbis, neque verbis cum rebus quibuſdā (puta ſignis) aliquid ſuprà naturā vnquam moliantur, & tunc cauſā occultam, vel
    - Simpliciter, & tūc aut penes Medicos
      - Empiricos. Vtiq. ſeu.
      - Dogmaticos (vt Empiricorum hoſtes teſte Gal. 2. de diebus decret. c. 7.) non neceſſe.
      - Rationales, & vel tales
        - Nomine tātum, nil prohibet.
        - Re tantum nil prohib.
        - Nomine, & re. Nequaq̃.
    - Secūdū quid, & tūc aut ex opinione medicorum
      - Empiricorum. Non. per tradita in hoc capite.
      - Dogmaticorum. Nihil prohibet.
      - Rationaliū, ac propriè rationalium. Vtiq; nam interdum in podagricis morbis, vt etiam in alijs nullum remedium eſt proficuum.

De ſignis ſequentibus ex natura particularis cauſa, Podagram generantis. Cap. XXXI.

Signorum alia ſunt in podagræ (vt in qualibet ægritudinis ſpecie) pathognomonica, de quibus nos ſuprà. Alia verò ſequentia ex natura particularis cauſæ, morbos generantis, horumque meminit Gal. quæ talia ſigna vocantur à græcis non γνωρίσματα, hæc .n. prædicãtur de ſignis pathognomonicis; ſed σημεῖα; atq́; hæc ſanè confundi ſolent cũ cognitionibus (vt apud Auic. & cum Indicijs, vt apud Hipp.) verum tamen illud eſt, quod indicium, & ſignum aliqua ex parte differunt inter ſe, nam indicium mutari poteſt de bono in malum, & de malo in bonum; at ſignum non item, quippe quod nunquam in contrariam partem conuertatur, ſed tantummodo ſuſcipiat magis, & minus, pro temporis varietate, & morbi ingraueſcentis natura; huiuſmodi poſtmodum ſigna ſunt apud græcos in triplici diſcrimine, cum alia ſint, ἀναμνηστικὰ, alia προγνωστικὰ, alia deniq; διαγνωστικά. Diagnoſticis quidem præſentia inſpicimus: Pro-

in c.6.

l. 5. de loc. aff. c. vlt.

l.1.f.2. d.3.c.1. l. 4. de morb. popularib.

Drĩa inter ſignũ, & indiciũ.

Cur ſigna ſuſcipiant magis, & minus.

Signa ſunt in triplici drĩa.

Prognoſticis futura prædicimus; Anamne-
Cur anã neſtica omiſſ. ſticis, ſeu memoratiuis, recolimus præteri-
ta, atq; hæc quidem in hoc cap. dedita ope-
ra omittam, cũ iam præterierint; & ad præ-
terita nulla detur potentia.

Signa itaq; prognoſtica in podagræ affe-
ctione ſunt illa, quæ prænunciant aliquem
Progn. ſig. pod. futura. benè valentem breui paſſurum eſſe poda-
gricam ægritudinem, eruntq;, Aut Torpor
quidam aſſiduus articulorum, vel in pedi-
bus, vel ſaltem in altero pedum, ſicuti eue-
nit anno proxime elapſo (vt alios prætermittam) Guidoni de Lanzis: Aut continuus
formicationis ſenſus tum pręcipuè, cum pe-
des tanguntur, vti contigit paucis ab hinc
diebus Iuliano de Soncino; Aut cum ſenti-
tur in pedibus grauitas quędã; Aut pedum
inquietudo abſq; vlla manifeſta cauſa, &
ita ſemper accidebat Iacobo de Proſperis,
& Marcello de Parauianis perfamiliaribus
meis: planè omnia, non vna ratione acci-
dere ſolent, ſed propter varias patientium
in lib. 5. c. 4. complexiones; ætates, humores, ſexus, re-
giones, ac tempora, vt de his latius.

Signorũ Diagn. ſynon. Diagnoſtica verò ſigna (vt quæ ſunt ex
Thadeo Florentino pręſentium declarato-
ria)

ria) nuncupantur à Rhemnio auxiliaria; & à Ruffo effeſio apparétia; aſſidentia tandem, & ſuperuenientia à Gal. ſuntq; illa ex quibus commonemur fieri curationes illas, quæ propter dicta ſigna fuerint iam obſeruatę, nec non in præſenti ægritudine obſeruantur. *In com. Hipp. 1. aph. 12. & finit. med. c. 2*

Eliciuntur poſtea huiuſmodi ſigna interdum ex ſola ægrorum relatione, cuius meminerimus in fine vltimi capitis: Interdum, ex ægrotantium præſentia, hæcq; ſigna conſiſtunt (vt innuit Hipp.) in Videndo: in Audiendo; & in Contrectando corpore, aliqua vitioſa qualitate affecto. *Sig. dia. elic. vel ex relat. vel ex pſa agr. Praſ. l. l. de off. med. c. 2*

Porrò ſigna ex infirmorum præſentia (quo ad viſionem) ſunt quam plura, horũq; præcipuè in ordine.

Primum deſumitur ex patientis phyſiognomonia, cuius meminit Gal. l. 5. de decr. Hipp. & Plat. cap 5. & nos in cap. 35.

Secundum autem ex ætate, quam Gal. commemorat, & nos in l. 2. c. 3. *In com. Hipp. 4. aph. 2.*

Tertium verò ex temperamento, cuius meminit Gal. lib. 1. de temp. cap. 8.

Quartum poſtea ex illius corpore; Plethoricum ne ſit, an cacochimum, ſeu excremen-

mentitium, abbundanſue ſuccorum vitio, & non ſuccorum redundantia, vt quidam perperam ſibi perſuadét, quod vtrumq; ſcire, quanti interſit pro podagræ, quinimmo pro ſingulorum morborum curatione, non eſt, quod pluribus vtar, ob ea, quæ tradita fuere à Gal. adnotabo tamen, vt legatur meus tractatus de febre peſtifera, hocq; idẽ diffuſius tradam, vt eſt deſeruiens affectui podagrico, lib. 3. cap. 5.

in c. uip. de alim. c.4.t.2.

Medico nec. eſt cog. qualit. corp. part.

Quintum verò ex qualibet corporis parte ſeorſum ab vniuerſo corpore, vt medicum nõ fugiant ſingulæ corporum partium qualitates, quæ nam ſcilicet ſint calidæ, quę frigidæ, & quæ humidæ, quæue ſiccæ, de quibus ſingulis ſeorſum Gal. in arte medicinali. cap. 2. & nos clarius in lib. 2.

l. 2. de ſymp. cauſis, & 1. de morb. vul. c. 2.

Adhuc quæ pars, ſeu partes malè afficiãtur, dumq; malè afficiũtur, quãtum diſtent à ſtatu naturali. Gal. iuſſum, nec non vtrum, dum adſunt dolores podagrici, teſtes, atq; pudẽda reuulſa ſint, aut fiant vnquam vngues, vel etiam digiti pedum nigri, ſeu liuidi, vt Hipp. adnotauit, lib. prænot. t. 77.

per quas vias extrudãt. excrem.

Sextum poſtea erit circa excrementa illa, quæ per halitum haudquaquam extrudun-

duntur, ſed aut per veſicam (vnde de vrinis in cap. 34.) aut per aluum deiecta, vt etiam per cutim, ac per os, ſi fuerit opus; ex Gal. Amplius ſi fuerint huiuſmodi excrementa reſpondentia quantitati ſuccorum, qui accipiuntur. Galeni doctrina: Quanti autem referat conſideratio excrementorum in medendo affectui podagrico, vt etiam alijs morborum ſpeciebus, manifeſtabo infra, idq; propter multa excrementorum genera, quæ in cōcoctionibus fiunt; Vnde (ET NOTETVR) quædam ſunt in ventriculo confecti cibi; quædam eius, qui in iecore; arterijs; & venis; quædam eius, qui continetur in ſingulis particulis, & ſanè cuiuſq; eſſe ſuam euacuationem oportet, quò neq; homo in morbum cadat, neque vllam planè moleſtiam ſentiat. Gal. doctrina. Hiſce accedunt varia ſymptomata ex Gal. cuiuſmodi eſſent tumores in pedibus, & quinam: vt etiam cum colore naturali, an verò præter naturam, albus ne ſit, rubicundus, citrinus, fuſcus, liuidus, aut ſimilis, & ſi vnus ex his, quantum diſtet (vt ſuprà) à ſtatu naturali propter obſeruationem graduum, de quibus iam in cap. 28.

l. 2. de cauſis pulſ. c. 15.
Ibidem.
l. 2. c. 5.
l. 3. c. 22 & ſeqq.
In com. Hipp. de alim. c. 4. t. 3.
l. 3. de ſympt. cauſ. c. 3
Gal. in cō. Hip. de mor. vul. c. 2.

Deniq; erit conſiderandus locus ille, in quo æger moratur, & maximè circa feneſtras, & ianuam per tradita ab Hipp. cũ non ſolum oporteat medicum præſtare opportuna facientem, ſed etiam ægrum, aſſidentes, & exteriora: Hippocratis admonitio.

De Aer. Aqu. & locis. 1. aph. 1

Signa poſtmodum ex inſpectione infirmorũ (quo ad Auditum) ſunt quæcunq; auditui ſubiecta, horumq; in ordine ſtatuetur.

Cur dies & hora obſeru. in princ. morb. l. 1. f. 4. doctr. 5. c. 1. in c. in vlt. c. p̃ſent. l.

1. Quod medicus audiat diem, & horam, qua cæperit morbus podagricus: Auicennæ obſeruatio, idq; facilè, tum vt mente comprehẽdi poſſit, quiſnam humor ſit omnium præcipuus in offendendo propter horas præcipuas, quarum meminimus ſuprà: tum ob ægritudinis decubitum faciendum, cuius animaduerſio habebitur à nobis infrà, vt admoneantur medicinæ ſtudioſi (ET NOTETVR) de ijs, quæ ſingulari differentia, & diligenti trutina exequi debeant circa illa, quæ ad ſcientiam, ſeu artem medicam omnino ſpectant, teſtibus Galeno, & Io. Ant. Magino, lib. de leg. aſtr. vſu in medicina.

l. 3. de dieb. decret.

2. Deprehendat, Num ægrotans mente conſtet. Hippocratis præceptum, & ſi non conſtet, vtrum læſa ſit eius mens primò, an ſe-

2. aph. 33.

ſecundò. Galeni iuſſum, l.2. de Hum. t. 2.

3. Animaduertat, num omnia omnibus ægri ſenſibus ſentiant. Hipp. doctrina. *de Hum. t. 2.*

4. An dolor ex podagra ſit vagus, & erraticus, an verò permanens, & pertinax, vti etiam aggrauans, an deniq; pungitiuus, Gal. præceptum, & de ſingulis nos infrà, & diffusè in lib.3. cap.4. & cap.28.

5. Poſtmodum auribus accipiat, vtrum patientibus præſentem morbum podagricum prius deſierit, vel aliqua excretio artificioſa (quæ iam fiebat purgantibus medicamentis, aut euacuantibus) vel aliqua excretio naturalis, & conſueta, quæ contingere ſolebat; modò per aliquam fiſtulam; modò per vomitum; modò per hemorroidalem fluxũ; modò per diarrhæam, dyſentereamue; modò per cauteria; modò (in mulieribus ſcilicet) per profluuium menſtruale: modò per alia huiuſmodi ſymptomata Gal. præmonitio, l.4. de ſan. tuen c.4. *Excret. alt. eſt artific. natura-lis alt. & p quã viam.*

6. Vtrum huiuſmodi patientes ſoleant certo temporum circuitu pati ſcabiem, aut pruritum, aut eryſipelata in aliquã corporis parte, aut ſimilia, Gal. animaduerſio. *l.7. met. med. c. 11.*

7. Det ſuas aures particulari victus ratio-

l.9.met. med. c. 15. ni ægrorum, Gal. documentum, nam ſi quis forte in vita nihil deliquerit, tunc (ET NOTETVR) hic cibum benè concoxerit, & pedes non fuerint facti natura imbecilliores; neque cerebrum patietur; ex Gal. ſin autem

In com. Hipp.6. aph.28. 3. aph. 19. in c.19. lib.3. c. 50.53. deliquerit (victus.n. errata morbos faciunt) tunc ad medici aures perueniet, vtrum patiens incumbat ebrietati, aut ſatietati, aut cruditati, de qua nos ſuprà, & infrà, ſi quis autem per victus rationem velit comprehendere ſingulas res non naturales, vti præ-

De vic. rat. in mor. ac. ſtat Gal. in com. Hippocratis, tunc dum medicus ab infirmis petet ſingulas res non naturales, ſingularum etiam erit auditor;

Signa à cibar. quare deprehendet; An patientes odio habeant cibaria, aut ſaltem renuant; & ſi renuant, quæ cibi genera; an verò appetant,

Gal. in 3. Hipp. de mor. vulg. c. 3.t.3. & ſi appetant, quæ: Amplius, num ſitiant; & ſi ſitiant, vinum ne, an aquã; & ſi aquam, gelidamne; & de hac in cap. 14.

Signa ab aere. Vtrum alicui aeri imperfecto ſe ſe expoſuerint ægri diu, noctuq;, nõ n. ſunt ęquales vires aeris ad ſeptẽtrionem, & ad auſtrum, neq; ad orientem, & ad occidentem, ſicut neq; aer diurnus, nocturnuſue. Hippocratis documentum de aere, aquis, & locis.

Vtrum

Vtrum venter patientiũ podagram ſecedat, num ſcilicet eius aluus ſit lubrica, an verò adſtricta, eruditio Hippocratis. *Signum ab inanit. de vic.rat. in morb. act.11.*

Vtrum degant in ocio, an in laboribus, & ſi in laboribus, diuturniſne? doctr. Gal. *l. 4. de ſan.tuẽ. c. 4.*

Vtrum dormiãt, an non: & ſi dormiant quantum, & qua hora. ibidem Gal.

Vtrum cum inſomnijs, & quibus, an verò ſine inſomnijs. Hier. Cardani admonitio præter Hipp. de inſomnijs, de quibus nos particulariter in cap. ſubſequenti. *In ſua arte medicin. de inſomn.*

Vtrum aliqua animi moleſtia afficiantur Auic. admonitio; de quibus poſtea ſingulis rebus non naturalibus in ſuperioribus capitibus ſigillatim ſermonẽ habuimus, & multò diffuſius loquemur l.3. c.49. & ſeqq. *l.1. fen. 2. d. 2. cap. 14.*

8. Exaudiet poſtea, num patientes podagram ſint medico obedituri, cum hoc ſcire multum interſit ex Gal. Accedit quod ad medici aures perueniet podagrã patientis inclinatio, quæ ſi erit ad humilitatẽ medicus ad humilitatẽ ſe declinabit; ſin è contrario, tunc & medicus contrarium faciet, ſe declinans aliquantiſper à mediocritate ex Hipp. idq; non modò, vt res gratas patienti faciat (præceptum Hippocratis, ad- *In com. Hipp. de Hum. c.2. t.3.* *De Hũ.* *Ibidem.*

l. 6. de mor. popul. c. 3. dentis (ET NOTETVR) officium medici eſſe res gratas facere ægrotantibus, non tamen, vt hinc ſeruiliter aduletur patientibus podagram, vel alios morbos (vti faciunt ſcurræ) vt inde plus lucri talis medicus faciat, quare, & violãdo veræ artis medicę decreta (VT EMPIRICI) ſed, vt ægros magis obſequentes reddat: quocirca erga ægrotantes ſe aſperè non gerat, ſed benignè, nec non quam primum ammouere ſtudebit ab ipſo infirmo ſermones ipſi moleſtos, & perſonas illas, quas libenti animo haud aſpicit; & introducet eas, quibus delectatur, vt etiam ſi delectetur picturis, aut floribus, iubebit in cubiculum, vbi iacuerit, inferri picturas, flores, & ſimilia ex Gal. in 3 Hipp. *De mor. vulg. com. 3.*

9. Vtrum parentes, vel maiores de familia morbis podagricis fuerint ſubiecti, præceptum Hippocratis 6. aph. 28.

10. Deniq; audiet, num podagram patientes ſoleant vti aliquo medicamenti, tam externi, quã interni, genere, vel etiam odio habeant aliquam medicinæ ſpeciem cum huiuſmodi medicinæ ſpecies ipſis infirmis multò magis noceant, quam proſint ex Gal. l. de medic. expertis, cap. vltimo.

Præ-

Præter illa ſigna, quę retulimus ad viſū, & ad Auditum pertinentia, ſequuntur conſideranda ea, quę ad Tactum ſpectant, quare non intermittet medicus contrectare non modò hyppocondria patientium podagram, tanquam ſcilicet ibi poſſint adeſſe membra illa, à quibus originem trahere poſſit morbus podagricus, ſuntq; tanquam termini à quo; ſed etiam partem affectam, tanquam terminum ad quem; vnde medicus comprimet pedem, vt deprehēdat, num humor ſuperabundans, ſeu ſuperfluus, redundet in ſuperficie (in muſculis ſcilicet, aut ligamentis, aut tendonibus) an verò in partibus loci affecti magis internis, in membranis ſcilicet articulorum, ſeu cauitatibus Hippocratis doctrina 6. aph. vltimo. *Sig. ſpectantia ad tact.* *Humor interdū in ſupſicie, int. inti. facit pod.*

Adhuc ſi ſit in pede tumor, & ſi ſit tumor (cū generetur ex omnibus humoribus præter naturam, vti Gal. refert) ſit ne mollis, an durus; vti etiā ſi ſit cum dolore, an ſine dolore, Gal. teſtimonio, in cō. Hipp. 4. aph. 34. *Tumor. differ.* *In com. Hipp. 5. aph. 66.*

Tanget etiam pedem, vt deprehendat, num calor ſit in parte affecta, an verò non ſit; & ſi ſit, quantum ſit ad tactum perceptibilis, Gal. admonitio in com. Hipp. de alim. *c. 3. t. 11.*

Præ-

Præter Hyppocondria, & pedes, medicus contanget locum pulſus in vtroq; brachio propter vim facultatis non animalis, non naturalis, ſed vitalis, de quo pulſus genere nos in cap. 34. præſentis libri.

Iam dicta poſtmodum ſigna omnia minime latere debent medicum exactiorem, curaturum ægritudinem podagricam, vt etiam quamlibet aliam (ET NOTENT OMNINO MEDICINAE STVDIOSI) etenim podagra (vt alij etiam morbi) non vno tantum modo (& notent EMPIRICI) curari debet, neq; vllo pacto poteſt; ob cauſarum in podagra diuerſitates, & ob partiū affectarum differētias; de quibus nos infrà & Gal. apertè teſtatur.

l. 2. c. 13. In com. Hipp. 6. aph. 28.

Cur Podag. diuerſim. curetur.

Addo ipſe ob diuerſitatē ætatum, complexionum, ſeu temperamentorum, ſexus, morum, conſuetudinum, ac maxime in cibis delicatioribus, aut agreſtioribus præter anni tempora, regiones, & alia, quæ apertius demonſtrabo, lib. 3. cap. 53.

Vnde cō ting. errores in medēdo.

Vnde contingit, quod ſi quis à principio (ET MEMORIAE MANDETVR) abſq; animaduerſione propriarum cauſarum ægritudinis podagricæ, aut alterius morbi; & abſq; occurſu remediorum per contraria; & in

gra-

gradu æqualia, vti ſuprà fuit traditum; nec non abſq; ſcientia partium tam ſimilarium, quam diſſimilarium, affectarum, cæperit curare laborantes podagra, vt etiam aliquo alio præter naturam affectu, quam facillimè incidet in aliquem errorem, atque vbi fuerit in errorem lapſus (ET HOC A' IVNIORIBVS NOTETVR) huiuſmodi medicus podagricum morbum nequaquã curabit, quinimmò, vbi maiorem curationem adhibebit, in errorem eò grauiorẽ labetur, iuxta philoſophum, τὸ μικρὸν παραβῆναι τῆς ἀληθείας ἀριςαμένοις γίνεται πορρω μυριοπλάσιον, id eſt modica tranſgreſſio à veritate diſcedentibus fit longè decies millies maior. Et paulò infrà ſubdit, ἐν ἀρχῇ μικρὸν, ἐν τῇν τελευτῇ γίνεται παμμέγεθες, id eſt in principio modicum, in fine fit per quam magnum. *cap. 28.* *l. 1. cel. c. 33.*

Huius exemplum ſit eorũ, qui iter agunt; vbi enim principio errant; quanto plus itineris peragũt, tãto remotius exulãt à meta.

Hactenus de hiſce podagrę ſignis per infirmorum præſentiam, quibus ita explicatis, dubium inſurgit, an Podagræ curationi poſſit ſufficere relatio, ſicut Aegyptij opinantur, hæc autem quæſtio à nobis exami- *An curatio podagra p relat.*

nabitur in fine vltimi cap. præſentis libri, cum ibi ſit futura commoditas vtilior, & clarior propter illa, quæ à nobis ſcribentur in ſubſequentibus capitibus.

Vtrum inſomnia, & Quæ, præmonſtrẽt naturam cauſarum, Podagram producentium. *Cap. XXXII.*

In com. Hipp. de Humor. De hum. l. 2. t. 2. in l. 1. de inſomn. *Cur inſomnia à medico.* *Inſomn. medico cõducũt.* *Exẽplũ Cardani propter inſomn. l. 4. c. 3.*

INter illa, quæ ſolent indicare aliquã corporis affectionem, numerantur apud Gal. inſomnia, vnde, qualia quis videat, omnino ſpectanda teſte Hipp. horum obſeruationis cauſam (vt ad medicinam ſpectant) affert Cardanus duplicem: altera, quòd inſomnia faciant ad euitanda morborum pericula, & omnino imminentes ægritudines; altera, quòd præmonſtrent, ſeu ſternãt medico viam illam, qua vti debeat pro ſingularum ægritudinum curatione: Vtroq; mirificè conducente pro medicorum fama, eorumq; nominis commendatione; hæc poſtea dictus Cardanus explorauit, confirmauitq; exemplo Equitis Mediolanenſis, qui, dum ſomniabat ſe aliquid comedere, die ſequenti calculi dolori-

bus

bus afficiebatur;& ſi res, quam comedebat, dum ſomnio fruebatur, viſa fuiſſet duræ digeſtionis, tunc longiori tempore, atq; doloribus grauioribus afficiebatur; ob quam ſomnij obſeruationẽ maturè, ac tutò phyſicus ſuſcipiebat ægri curam, antequam inciperet dictus eques illis doloribus afflictari: Alterum etiam ſubiungit de quodam Patritio Romano, qui quotieſcunq; ſomniabat ſe videre matrem mæſtam, adhuc viuentem, die ſequenti, aut altero ſaltem die ægrotabat, vnde quamprimum vocandum curabat medicum cubicularium, qui opportunis præſidijs ægritudini imminenti occurrebat; hiſce duobus exemplis addit aliud dictus Cardanus, de ſe ipſo multę fidei vir, in Aldum ſuum filium grauiſſimo morbo oppreſſum, qui ob quoddã inſomnium ab ipſo Card. factum vſus fuit remedijs citiſſimis, quorũ cauſa ipſe Aldus fuit quamprimum ad ſanitatem reſtitutus. Cæterum noſter Hipp. qui omnium poſt hominum memoriam primus rectè dixit, ſicuti fatetur Gal. atq; vti medicus diuinus, videtur opinari perneceſſariam fore ſomniorum peritiam ipſi medico, diligenti ſcilicet,

Alterũ exemplũ propter ſomniũ.

in l. 4. de inſomn. cap. 4. de exempl. proprijs.

Hip. laus

l. 2. de natura. lib. ſac. 4

practico, & perito, quippè qui eorum naturam, cauſam, ſignificationemq; optimè dignoſcebat, neq; ipſum latebat, medicũ peritum multò tutius ex ſomniorum notitia poſſe præſagire, & medicinam commodius imperare, ſic .n. diligenti horum ſomniorum obſeruatione poterit conſilium ſuum, experientiam, & rationem accommodare; quinimmò ſuam induſtriam, & ſedulitatem eò applicare, vt morbi quamprimum expellantur, ſanitas conſeruetur, præſeruetúrq;. Hinc ob haſce cauſas diuinus ſenex, non ſolum tractatum de inſomnijs conſcriptum, nobis reliquit, ſed etiam librum cum additione diuerſorum remediorũ pro inſomniorum diuerſitate cõtrà Iulianum, & Aſclepiadem, medicos, Hipp. tempore celeberrimos, remouentes ſomniorum obſeruationes à re medica: Hippocratis ergò, vt etiam Galeni, & Cardani doctrina permotus tractabo in hoc capite de inſomnijs, non ſimpliciter, ſed quatenus ad Podagræ (& etiam aliorum morborum) vtilitatem attinere videbuntur, quare pro vt indicant corporis humañi morbos, morborum qualitates, humorum cauſas, & ſigna: ſignaque illa

Somniorũ effectus in medicis.

Cur medici obſeruent inſomn.

Cauſa pp quam Hipp. fecerit tractatũ de inſomn.

Improb. med. q. dã temp.

Gal. l. de inſomn. in l. de diui. nat. ex inſomn.

l. 1. 2. 3. & 4. de inſomn.

Quomodo de inſom. tractãdum.

illa præcipua, quæ podagram maximè reſpiciunt, ſiquidem inſomnia quam ſæpiſſime medicos, quaſi manu ducunt ex Gal. opinione ad corporis humani diſpoſitiones tam bonas, quam prauas apprimè cognoſcendas, neq; minus inſeruiunt ad eiuſdem corporis curationes, ac præſeruationes, vtẽdo ipſis inſomnijs, tanquam ſignis memoratiuis, diagnoſticis, & prognoſticis; vnde, non eſt mirum, quod Ariſt. de diuinat. ex inſomnijs; cui conſentit Gal. aſſerant ambo, inſomnia indicare quæcunque ſunt in corpore humano, & ex Modernis clariſſimus Mercurialis cõteſtatur, non minus ad ægros, quam ad ſanos ſpectare inſomniorum obſeruationes, cum ex ijs facilè innoteſcat, num quis benè, an malè valeat; & ſi malè valeat, ob quam cauſam; non enim eſt vnica humorum cauſa, ob quam quis Podagra (vt quolibet etiam morbo) laborare incipiat, vt iam ſuprà tradidi: adhuc etiam hoc idẽ in dies obſeruatur, ab EMPIRICIS tamen haudquaquam conceditur; cum velint vnico remedio, non modò vni morborum ſpeciei occurrere; ſed vnico remedio ſingulis morbis indifferenter, vt ab expertis ſtat fides:

Somn. effectus. *In com. Hipp. de Hum. c. 1. t. 2.* *De dignot. ex inſomn. cap. 1.* *In com. Hipp. de inſomn.* *Inſomn. ſpectant ad ęgros; & ſanos.* *Podagra (vt etiã aliorum morbor.) cauſa nõ eſt vna tantum. cap. 8. 9. & ſeqq.*

fides: Idcirco non erit è re noſtra interpretari varia inſomnia, vt extra rem medicam, veluti de Terræmotu ſomnium, quod Magi volunt præſeferre propriorum principum mortes, aut aliquam in domo propria infortunium. Nos autē per hoc ſomnium de terræmotu vnà cum Hipp. de inſomnijs ſignificamus in corporibus humanis mutationem præſentis ſtatus; ex ægritudine ſcilicet in ſanitatem (maxime ſi fiat in die critica) vt Andriano Belgæ febre maligna oppreſſo in die ſeptima contigit. Vel ex ſanitate in ægritudinem, præſertim ſi fuerit factum poſt aliquod erratum in ſex rebus non naturalibus, de quibus ſingulis in ſuperioribus capitibus, & hoc nos atteſtamur exēplo Flaminiæ de Guida ſomniātis (dum bona valetudine fruebatur) terræmotu ingenti Neapoli proprias ædes concuti.

Somn. interpr. de terræmotu. *De inſomnijs.* *Exempl. ſomn. de terram.*

Huius autem occaſione, ſi quid ſcripſero de ipſo terræmotu, qui propè Neapolim hoc tēpore ſucceſsit, nemo iure me arguet; tantoq; minus, quod ipſe opinor terræmotum illum, qui fuit paucis abhinc diebus propè Neapolim, debere attinere nō ſolum ad Philoſophos, ſed etiam ad Medicos: ad Phi-

Occ. tr. de terrē. *Tr. de terram. ad Phil. & Med.*

Philoſophos quidem, nã ipſorũ refert perpendere omnia, quæ adueniunt introrſus in terræ caua, ſicuti exprimit Ariſt. quinimmò, vt commodius, & magis ſciẽtificè procedat, ipſemet Ariſt. proponit, examinatq; l. 2. Meteor. varias antiquorũ ſententias circa nonnulla, Terræmotus rationẽ attingentia. Deinde propriam opinionem adducit; multis rationibus confirmat, remouetq; variarũ dubitationum ſpecies, quæ cõtra propriæ opinionis determinationẽ deduci poſſent; qua methodo ipſe vtitur in libris Ethicorũ: dũ tractat de Virtutibus Moralibus. Vlterius tandẽ progreditur, tũ explicitè, tũ implicitè Terræmotus cauſas; ſpecies, ſeu differẽtias, ſigna; Indicationes; Coindicationes; Cõtraindicationes; Præſagiũ; Curationẽ, ac omninò Præſeruationẽ, q̃ ſingula paulò infrà tradã.

Cur Terræm. cõſideratur à Philoſoph. l. de mũdo cap. 4.

Qua methodo vtatur Phil. in terræm. tractat.

Quam methodũ ſeruet Ar. in lib. Ethic.

Ad Medicos autẽ, quia Terræmotus eſt, non ſolũ tanquã Morbus (moxq; acutus; mox Diuturnus, Gal. diſtinctio de Diæta Hipp. in morb. ac c. 9.) & ſi fuerit, vt Acutus (RES OMNINO MAXIME' LVCTVOSA) in huius curatione nulla cæleſtiũ aſpectuũ ratio habebitur, vt in tr. de feb. peſt. fol. 12. ante notaui, huius cauſam tradit Hipp. in ſuis epiſtolis nu. 16. nã Dilatio eſt res aliena in omni arte, maxime autẽ in Medicina; cæterũ ſi fuerit Terræmotus, vt morbus Diuturnus, tunc res cæleſtes ſunt maxima cõſideratione dignæ, ſicuti animaduerti eodẽ tr. de febre peſt. fol. 15. 16. & ſeqq. Verũ etiã, quia Terræmotui ſubiectus (propter ſpiritus in humanis corporibus incluſos, perinde, ac in Terra

Cur Terræm. perpẽdatur à medicis.

Quando aſpectus cæleſter à medicis dimittuntur cũ cauſa.

Quãdo cæleſtes influxus à medicis perpẽdũtur.

Cur Homo ſit ſubiectus terræmotui.

Phi-

DE
PARALLELO
Motus Terræ, & Microcoſmi

Ad Eminentiſs. & Reuerendiſs. D.
D. HIERONYMVM COLVMNAM
S.R.E. Card. Archiepiſc. Bonon. & Principem.

AVCTORE
BARTHOLOMÆO GALESIO
Bonon. Supraordinariæ Medicinæ Profeſſ.



BONONIÆ, Ex Typographia Clementis Ferronij 1633.
Habita Superiorum licentia.

Lectori beneuolo S.

NE tibi (candide Lector) ſit incommodum, diſpoſitionem huius Tractatus de Parallelo motus Terræ, & Microcoſmi, cognoſcere, propoſuimus in limine varias Scriptorum auctoritates cum tabula, quæ ſatisfaciet curioſæ legentis menti. Vale.

AVCTORITATES.

SCriptorum, è quibus ad Paralelli Terræmotus cum Microcoſmo doctrinam, quæ præcipuè inſeruntur, deprompta ſunt ſecundum ordinem Alphabeticum.

A. Non hìc perperam propoſui ſignificatione determinare, quid ſit Terræmotus, cum res ex Galeni admonitione de difficultate reſpirationis cap. 2. pręter Ariſt. prius ſint diſtinguendæ, quam definiendæ, & multiplex eſt ratio. Primò, non conuenit ex Auerrois opinione in vlla doctrina, vti verbis æquiuocis, cum aliud videremur in dictione, aliud in oratione proferre. Secundò, nam Æquiuoca ſunt maximè impedimento, quò minus rem probè, ac perſpicuè definiamus; & ita sēſit Alex. & Euſt. in com. Ariſt. 2. poſt. Tertiò, ex Æquiuocis oritur ſermonis confuſio, ex confuſione autem ſecundum Ariſtotelem lib. 1. topic. falſa oratio, quæ redolet doctrinam ſophiſticam, qua ex Gal. in 1. Hipp. de morbis vulg. com. 3. t. 5. tempus (ait) Doctoris, & Diſcipulorum corrumpitur; vnde præſtat (vt idem Gal. 1. de diebus decret. c. 5.) ſophiſtas deſpicere.

Cur res prius diſtinguēdę, quam definiendæ.

B. Ex Auguſt. Galeſio. l. 2. ſec. 1. de Terræm.

C. Hiq; ſunt ex veteribus Philoſophis Pythagorei; Heraclides, & cum Archimede Syracuſano Niceſas; ex Neotericis verò Copernicus, Cœlius Calcagninus, & alij non obſcuri Philoſophi, & Aſtrologi.

D. Vti refert Auguſt. Galeſ. tract. de Terræm.

E. Archimedis, philoſophi græci, & peritiſſimi in Geometria, & ſyderali ſcientia, opinione.

F. Ex Niſete Smyrnæo.

G. Sic ſenſit Anaximãder Mileſius, qui primus terram, ac mare deſcripſit, cõſtruxitq; ſpheram.

H. Ariſt. doctr. l. 8. de phyſico auditu. t. 24.

I. Vti cum Aug. Gal. alij ſcriptores de Terręm.

K. Ex Hier. Cardano (quæ certè ſingula ſunt veluti motus maximi erga Microcoſmum) antè verò ſomnũ, huiuſmodi tremor ſignificat morbum imminentem, ac præcipuè conuulſionis periculum, aut ſanguinis effuſionem, quæ ambæ ægritudines non abſq; maximo Microcoſmi motu contingunt, ex Hipp. doctrina.

Quando Tremor ſignif. morbũ imminentem.

5. aph. 56.

L. Præter Hier. Borrium Arretinum de motu grau. & leuium, diſp. 1. eſt Auicennas l. 1. f. 2.

M. Apud Hipp. de inſomnijs, nec non apud Carolum Stephanum. Additur Hier. Cardanus, dum loquitur de incommodis flatuum, tam craſſorum, quam tenuuium, ſeu puriorum, ſic à Gal. denominatorum propter materiei, ex qua fiunt, culpam: Quos flatus, non eſt dubium, eſſe in cauſa vtriuſq; motus, Terrę ſcilicet apud Philoſophos, Microcoſmi autem apud Gal.

De diſſect. part. corp. hum. l. 2. c. 33. l. 1. c. 1. de ſanit. tuen.

Flatus in cauſa motus terræ, ac Microcoſmi.

In Microcoſmi ergò motu (vt interim omittam philoſophos) ſi contingat flatus craſſi copia in hominis ventriculo, tunc inducet concoctionis diminutionem, aut deprauationem; ecquid ſi eiuſdem ablationem? Adhuc ſtomachi dolores, non Tenſiuos, non Pungitiuos, ſed Grauatiuos, qua re impeditur facilè ventriculi concoctio. Si huiuſmodi flatus craſſus fuerit in inteſti-

In 1. Hipp. de morb. vulg. com. 1. t. 9.

Flatuum craſſorum effectus.

teſtinis, tunc modò Coli: modò Ilei dolores gignet. Si contigerit inter Omentum, & Peritonęum, tunc ex Gal. l. 3. de ſympt. cauſis cap. 2. creabit ſymptoma illud, quod vocatur à Græcis, ἐμπνευμάτωσις, id eſt inflatio, atq; facillimè Hydropem, rarò quidem humidam, ſæpiſſimè autem ſiccam, vbi maximè fuerint à patientibus antea percepti dolores circa Vmbelicum, cuius cauſam reddit Gal. eſtq; nam ventris facultas expultrix eſt impotens ad excernenda, excrementoſa, & nebuloſa: Si deniq; huiuſmodi flatus craſſus deſcenderit, tunc perducet Enterocelē, aut Epiplocelem, hinc patet flatus fore in varijs corporis humani partibus, & non in vna parte ex Gal. Cæterum ſi accideſit flatus tenuis redundātia in Vētriculo (abſq; impetu tamen) tunc accidet ex Gal. Eructatio, ac interdum tenſiuus dolor, diſtenditur .n. ventriculus, vbi quis flatu vētoſo affligitur ex Gal.

l. 3. d ſympt. cauſis c. 2.

Flatuum tenuium effectus.

l. 3. d ſympt. cauſis c. 2.

Cæterū ſi cum impetu huiuſmodi flatus ſurſum deferetur, efficiet vertigines, epilepſiam, quandoq; imagines varias ante oculos, quandoq; in auribus Tinnitus, & Sybillos, quandoq; etiam Surditates pariet, non negando tamen quin huiuſmodi flatus vaporoſus, & ventoſus in ipſo cap. generetur Gal. animaduerſione.

l. 2. de cōp. pharmac. ſecundum loc. c. 11.

loco proxi. citato.

Tandem ſi affuerit in venis, tunc periculum erit, ne ipſæ venæ reſerentur, aut diſrumpantur, ob ſanguinem ſcilicet, qui ſurſum incitatus calore effertur, à quo neceſſe eſt ipſum inflari, & tunc reſerari venas, ac rumpi Galeni ſententia.

In 1. Hipp. de morb. vulg. c. 1. t. 9.

N. Ariſt. iuſſum l. 2. meteor. ſum. 3. cap. 2.

O. Ita

O. Ita declarat Auguſtinus Galeſius, dum reſpondet non ſolum opinioni Stoicorum, qui motum negabant, ſed etiam rationibus vanis ſophiſtarum, quibus conſuetũ eſt (vt rectè Gal.) nihil recti noſſe, neq; dignari aliquid diſcere; & hi, cum terram vniuerſam opinentur eſſe penitus immobilem, etiam idem cenſeant de eius partibus; tum aiunt, terræ partes in proprio loco poſitas, carere quauis mobilitate, cum neque ab aliqua vi extrinſecus illi impreſſa motu ciatur; deniq; ex Ariſt. vrgent nonnulli, quod non eſt natum omnino moueri, nulla ratione, nullaq; vi poſſe moueri: & ideo concludunt nullum dari motum Terræ.

Stoici negabãt motum. *Sophiſtarũ conſuetudo.* *1. de Natur. fac. c. 13.* *Cur Sophiſta Terræ motũ deſtruant.*

P. Ex Stephano Roder. quæ hominis agitatio elucet in vehemẽtiſs. doloribus, vt in Colico, ſiue contingat ob flatus, ſiue ob Pituitã, aut Bilẽ prter inteſtini Coli inflammationẽ, ac fæcũ retẽtionẽ, at ſi euenerit ob Pituitã Accidã, Salſã, aut Vitreã, quorũ ſigna tradũtur à Gal. tunc fiet maior, & minor in corp. humano agitatio, id quod ẽt eueniet, vbi cõtigerit idẽ dolor, ꝓp Bilẽ, q̃ & ipſa multiplex; vt potè, Pallida, Flaua, Vitellina, Atra, Porracea, Æruginoſa, & Cęrulea, quare nõ ſufficit enũciare (quẽadmodũ paſſim præſtãt practicãtes) dolorẽ colicũ (vt alios ẽt morbos) ꝓuenire ex Pituita, ſeu ex Bile, ſed oportet ad curationẽ ꝑfectè obeũdã adducere, q̃ ſit Pituitæ, aut Bilis ſpecies, ita .n. remedijs appropriatis, & opportunè adhibitis (vt æquum eſt) citò, tutò, & iucũdè morbis omnibꝰ occurritur.

De Meteo. Micr. l. 3. cap. 18. *l. 3. de loc. aff. & in cõ. Hipp. 3. aph.*

Q. Vti nos præſtitimus in tabula de Podagra.

Apud

Apud Horatium etiam Augenium de curandi Renes calculoſos, hoc idem obſeruatur.

R. *Sic sẽſit Lucius Maggius in ſuo tr. de Terræm.*

S. *Ex Ariſt. l. 2. Meteor. ſumma 3. cap. 2. de Terræ motu.*

T. *Vti colligitur ex doctrina Stephani Roderici l 1. de Meteoris Microcoſmi.*

V. *Huius meminit Gal. l. 2. ad Glauc. cap. 6.*

X. *De Parte Ventroſa videtur fuiſſe locutus Vidus Vidius l. 9. de curatione Membratim.*

Y. *Ita opinatur Carolus Stephanus l. 1. de diſſec. part. cap. 1.*

Z. *Teſte Io. Ant. Magino in ſua Geographia.*

Aa. *Teſtimonio Hieronymi Reuſneri lib. de Scorbuto exercitatione iv.*

Bb. *Lib. 3. de loc. aff. c. 3. & in 6. Hipp. de morb. „ vulg. com. 1. t. 4.* vbi, quæcunq; accidunt per cõſenſum, tribus modis fiũt.

Cc. *Teſte Ariſt. lib. 2. Meteor. de Terrem.*

Dd. *L. 3. de loc. aff. c. 3. & 4.*

Ee. *Vt colligitur ex traditis à Io. Ant. Magino in ſua Geographia.*

Ff. *Sicuti Galeſius refert in ſuo tr. de Terræm.*

Gg. *Ex Coll. Conimbr. in l. Meteor. Ariſ. tr. 1 1. c. 8.*

Hh. *Teſte Philoſopho lib. 2. Meteor. ſum. 3. cap. 2.*

T A B

DE TERRÆ MOTVS (ſecundum Philoſoph. & Medicos)

1
Significatione varia, quæ cenſetur illa, in qua non eſt vnum,

2
Definitione, quæ eſt (apud Plat. de ſcientia) differentiæ interpretatio, quocirca vel eſt
- Nominalis.
- Eſſentialis, pr

3
Indicatione, quæ eſt inſinuatio agendi QVID cum Quo: Q & QVID poſt Quod. teſte Gal. l. 2. meth. med. cap. 7.

4
Coindicatione, quæ eſt inſinuatio agendi ex aliquo Terræm ſunt id genus alia. ita ſenſit Gal. l. 13. meth. med. c. 16.

5
Contraindicatione, quæ eſt prohibitio inſinuationis cum ind

6
Præſagio, quod eſt iudicium illud, quod fit de ſignificati inuentis ſuper rem futuram. ex Auic. l. 4. f. 2. tr. 1. c. 1. v

7
Curatione, quæ eſt qualitas morboſum affectum, iam præſe

8
Secretis, quæ ſunt medicationes Terræmotus ſecundum e experta multis ſapientum, & bonorum in cultu legis; neq

9
Amulætis, quæ à Græcis nuncupantur περίαπτα, & non motus parti alligata opitulantur mirabili quadam efficaci

10
Præſeruatione, quæ eſt qualitas, prohibens Terræmotum e

Hæc decem ſunt ad imitationem decem Numerorũ Pytha MORALIVM, maximè Principalium, præter Iuſtiti Græcis, & Latinis hieroglyphicè varijs modis præſefe corum ſigillatim, & ſeorſum meminit.

V L A.

quod ſignificatur apud Gal. 2. Meth. med. c.7.

opter quã de VID à Q10:
- Parte affecta, quæ affici exiſtimatur interdum per
  - Eſſentiam.
    - Totius.
    - Partis.
  - Conſenſum
- Cauſis
  - Non naturalibus.
  - Naturalibus, quæ ſunt
    - Extrinſecæ.
    - Intrinſecæ.
- Signis, tum
  - Pathognomonicis.
  - Non Pathognomon. & vel
    - Præterita.
    - Præſentia.
    - Futura.

tui adiacente, vt ex Anni TEMPORE: ex REGIONE: & ſi qua

icatione contrarij eorum, quæ agi deberent. ex Gal. ſent. l. 9. medendi.

nibus de vel
- Longum.
- Breue.

vtrumque aliquando
- Bonum.
- Malum.
- Neutrum.

tem ſubmouere quæritans. Gal. 4. meth. med. cap. 3.

erimentum iam peractum: & conſiderationes ex eis, quæ iam ſunt
ſunt propalanda, vt ne homines ſiant pigri. ex Gal. de ſecretis.

ἀποτρόπαια, & ſunt remedia, quæ certè ſuſpenſa, vel alicui Terræ
a hominibus incognita. ex Gal. l. de remedijs paratu facilibus c. 8.

m, qui non dum vrget. 4. meth. med. c. 3.

goricorum, & facilius ad imitationem decem Virtutum
m (quæ ſola in voluntate conſiſtit) hæq; ab Aegyptijs,
runtur, harumq; ſingularum Philoſophus in libris Ethi-

Varia Terræmotus ſignificationes eſtq;

1 Significatio [A] Terræmotus apud Philoſophos vna eſt, cõcuſſio totius terræ ſecundum naturam [B] vti opinabantur perſuadentes, terram vniuerſam moueri, Cælum autem quieſcere. [C] Altera eſt [D] Agitatio totius terræ, 2 præter naturam, & violenter admodũ [E] Alia 3 eſt Quaſſatio partis terræ, ſed abſq; violentia. [F] Tandem eſt Agitatio partis terræ, ſed præ- 4 ter naturam, [G] & cum maxima violẽtia, [H] de qua Terræmotus ſignificatione Ariſt. locutus eſt in 2. Meteor. ſum. 3. c. 2. Vide [I]

De Qua Terræmotus ſignificatione loquatur Ariſt.

Cæterum Terræmotus apud Medicos, & maximè, vt põt inſeruire MICROCOSMO, in quo Meteora omnia (ne dum Terræmotus ipſe) proportione quadam obſeruantur, ex doctrina Ioãnis Cottunij in com. Ariſt. 1. Meteor. Lect. 27. dicitur proportionaliter ad homines Aliquando TREMOR in ipſo homine continuus præter naturam, [K] Aliquando *Motus*, in vniuerſo homine factus per accidens, & ſæpè contra naturam [L] Aliquando concuſſio, quæ fieri planè non poteſt, niſi oſſa dearticulentur, & per muſculos connectantur apud Gal. l. 12. de vſu part. c. 2. Aliquãdo *Motus* alicuius partis hominis non continuus præter naturam, & cum maxima violentia, [M] & de hoc ſignificato loquitur Hipp. l. de inſom. t. 14. & Herc. Saxonia in p. 2. ſuarũ plect. pract. c. 30. & de Pulſib.

Meteora omnia obſeruantur in Microcoſmo.

Terræmotus ſignificatio ſecundũ Medicos.

De quater ræmotus ſignificat. apud Med.

2 Quomodo definiatur Terræmotus ſecũdum Philoſophos, & *Medicos* (vt inter eos ſit quaſi Parallelus) accipe MOTVS, qui eſt terræ

(quo

(quo ad eius ethimologiã [N] exiſtimatur terræ quaſſatio, ſeu concuſſio) agitatione [O] cæterum Motus, dictus proportione ad hominem, definietur, quo ad eius quid nominis, per hominis Concuſſionem, Quaſſationem, Agitationemue, [O] cum Terræmotus ad proportionem deriuetur ἀπὸ τοῦ κινεῖσθαι ἢ σείεσθαι ἀνθρώπου. Verum .n. verò TERRÆMOTVS, quo ad eius eſſentiam, ſtatuetur eſſe partium terræ latio, producta ab interna exhalatione, ſeu euaporatione, quærenti exitũ; quæ definitio ad hominem proportionata, erit hominis partium agitatio, cauſata ab impetu flatuum, ſeu humorum, qui extra corpus erumpere omninò conantur ex huiuſmodi Terræmotus definitione comprehendi debet vtriuſq; Terræmotus Pars affecta, Cauſæ, Signaque [Q]

Nominalis Terræmotus definitio.

Cur dicto modo definiatur Terræmotus.

Vtriuſque Terræmotus definitio eſſentialis.

Ob eſſentialẽ Terræmotus definitionẽ conſideratur Pars affecta, Cauſa, & Signa.

De PARTE quidem affecta in Terræmotu ſecundũ Philoſophos, iudicarem, nõ eſſe Terram, ſed Terræ Partem [R] cum Terra (vniuerſa ſcilicet) nũquam ſimul moueri poſſit [S] quare ſecundum Medicos erga MICROCOSMVM Pars affecta non erit HOMO, [T] ſed Hominis PARS, modò tamẽ CARNOSA, [V] modò VENTROSA, quam partem Græci appellant γαστροειδῆ: ex qua dictione ventroſa oritur venter, qui poſtea cenſetur eſſe præcipuè aut SVPREMVS, aut INFIMVS, aut MEDIVS. [Y] Hinc apparet, quod ſicut in Terra, variæ ſunt partes, ab inuicẽ differẽtes, & Motui ſubiectæ, [Z] ita in Microcoſmo ipſo ſunt eædem

Pars affecta in Terræmotu.

Pars aff. in Microcoſmo.

Vẽter aut eſt ſupre-

par-

mus, aut inſimus, aut medi°.

partes, [Aa] quæ autem hinc magis, aut minus MOTVI ſubiectæ, & quomodo adinuicẽ proportionabiliter correſpondeant, paulò infra declarabitur. Interim autem in dubium vertatur, Nam huiuſmodi partes afficiātur per Eſſentiam, an per Conſenſum: Et ſi per Conſenſum; An TOTIVS; an verò partis alterius, ſicut in Tabella, iam propoſita, exprimitur ad mentem Galeni [Bb] Apud Philoſophos huiuſmodi diſtinctionem haud obſeruaui, cęterũ, cum Terræmotus non aliunde proueniat [Cc] ſtatuerem vna cum Galeno [Dd] Terręmotum non fieri per Conſenſum, ſed per Eſſentiam. Verum autem eſt, quod, vbi Terræmotus extenditur vſq; ad ducenta millia (vltra quæ nunquam excedit, ex opinione Senecæ l. 9. Natur. quęſt. cap. 25.) tunc in huiuſmodi caſu omninò cõtingit in Terræmotu partem vnam affici per eſſentiam; alteram verò per conſenſum; non tamen totius terræ, ſed partis eiuſdem terrę. [Ee]

Verũ Terræmotus partes afficiantur per eſſentiã, an per cõſenſum.

Apud Phil. non dicitur p eſſentiã, nec per cõſenſum.

Terræmotus per eſſentiam.

Terræmotus per cõſenſum.

Apud Medicos autem res aliter ſe habet, cum ſemper medicum oporteat (dum pars aliqua malè afficitur) non ignorare. Verum dicta pars afficiatur per eſſentiam, an per conſenſum, & ſi per conſenſum; Num per conſenſum totius, an verò partis, horum autem ſigna extant apud Gal. l. 2. de locis aff. cap. vlt. & nos claris verbis trademus lib. 2. cap. 2.

Hactenus de Parte AFFECTA in vtroque TERRÆMOTV, cuius vtriuſque CAVSA nunc à nobis hoc ordine tradetur.

TER-

TERRÆMOTVS Cauſa, ſm placita GENTILIVM, eſt omninò non Naturalis, quā ſtatuebant eſſe [Ff] interdum Deos illos, quos ſibi fingebant, colebantq;: NEPTVNVM ſcilicet, SATVRNVM, DÆMONES, atque MORTVOS. Interdum illorum, qui terræ partes ſuſtentant DEFECTVM, quorum Gentilium placita ſigillat im, ac breuiter reprobantur ab ipſo Galeſio, adducente varias cauſas contra ipſorum opiniones. [Gg]

Terræmotus cauſa nō naturalis ſecundū Gentilium placita.

Hęc opinio reprobatur

Ariſt. autem Terræmotus cauſam vult eſſe, & cauſam omnibus PRIMAM, & Subſtātiam quādam igneā, & Exhalationem, Spiritumue, [Hh] non quidem in ſuprema terræ parte, neq; in eiuſdem intimiori) qui repertus in terræ viſceribus, ſeu cauitatibus exitum quærit: Hinc Terræmotus cauſam eſſe (præter primam) IGNES ſubterraneos; EXHALATIONES; VENTOS (quos maximè ſęuos ędit interdum TERRA) aut ibi genitos; aut extrinſecus irrumpentes, vti ſcriptum reliquit Ioannes Cottuna us loco prox. cit. Ego autem cum aliquibus medicis Terræmotus cauſam opinor eſſe: Aut non NATVRALEM, Aut Naturalem: non Naturalis quidem erit Deus Opt. Max. vel in hominum exercitationem, vel in eorumdem correctionem, vt adnotaui in meo lib. de Febre peſtif. fol. 3. Ecquid ſi Dæmones? (vt veſano furore perciti, & omnia nobis mala molię̄tes) quos Peripatetici negant, aut ſaltem ipſis aliquam fuiſſe conſpicuos, tradunt Scriptores; ad-

Terræmotus cauſa ſecundum Ariſt.

Terræmotus, in qua terra parte ſit.

Terræmotus cauſa varia.

Terræmotus cauſa eſt duplex.

Cur Terræmotus cauſa ſint Dæmones.

Vtrū Dæmones cō̄cedantur.

admittuntur tamen à Platonicis, hiq; tam boni, quam mali, operantes (in noſtro propoſito) mediante aliquo MALEFICIO HOSTILI contrà homines, qui ab ipſis diuerſimodè vexantur pro Dæmonum inſtituentium voluntate diuerſa; Nonnunquam enim per naturales cauſas; Nonnunquam per ſigna, & verba, quæ naturalibus cauſis miſcentur; Nonnunquam aliquo alio modo; vti docet Mag. Ioan. Paulus Nazarius in 1. parte ſummæ D.Th. quęſt. 114. de Maleficijs. Hinc patet Paralellus Gentilium, Ariſtotelis, & Medicorū; ſimul conuenientium in vtroq; Terræmotu reperiri cauſam minimè NATVRALEM.

Dæmones quomodo in nobis operentur.

Epilogus.

Cæterum Naturalis Terræmotus cauſa in Microcoſmo eſſe poteſt (vt adnotat Beſſarion Card.) modò proxima, modò remota: Remota ſanè in Microcoſmo eſt cęleſtis influxus (qui eſt ſpiritualis quædam qualitas è ſtellis, & cælo in vniuerſum mortalem Orbem latenter, ac omninò occultè effuſa) deprehenſus per proprios hominum decubitus (vt interim omittam ipſorum hominum genituras) vbi ſcilicet homines cœperint laborare, aut in diebus Eclypſium: Solis ſcilicet, aut Lunæ; Aut in Nouilunio, aut in Plenilunio, aut dum naſcētur Pleiades: Aut dum Sol, & Luna fuerint infra terram: Aut exiſtenti aliquo alio prauo cæli ſtatu, perniciem minaturo; Et ita fit paralellus in naturali terręmotus cauſa (remota tamen) cum Gentilibus; qui opinantur cæleſtes influxus eſſe cauſas

L. 2. in calumniat. Plat.

Quid ſit cęleſtis influxus.

Terræmotus cauſa remota in Microcoſmo.

Conuenientia, & diſcrepantia

Ter-

Terræmotus particulares, non autem vniuerſa- *Cū Genti-*
les, vti nos arbitramur, & ita ſenſit Auguſtinus *lib.cæleſt.*
Galeſius in ſuo tract.de Terręmotu c.16.ſect.2. *u.flux.ſūt*
cauſæ vni
Neque obſtant quidam enunciantes contrà *uerſal.ter*
Aſtrologos, inter quos fuit Gregorius Zucculus *ræmotus.*
in ſuo tract. de Terræmotu. Aſtrologos, & in
dies, reddi maximè confuſos, vndè neceſſario *1.obiectio*
proferre falſitates, mendaciaq;. Et nullum ineſ- *contra A-*
ſe in ipſis ordinem poſſe, cum cœleſte corpus, *ſtrologos.*
nunquā bis eodem modo ſe habeat, quare Aſtro *2.*
logi non poſſunt duci ab experientia, quę eſt ob-
ſeruatio eiuſdem rei, ſæpius veræ vno, & eodem *Reſp. pri-*
modo. Primæ nāq; rationi reſpondetur, quod *mæ obiec.*
Aſtrologi iudiciarij redduntur in dies maxime
cōfuſi, vndè mirum haud eſt, quod falſitatibus,
& mendacijs vtantur. Secundę autem, Aſtro- *Reſpond.*
logi triuiales (de quibus nos fol.292.) nullum *ſecundæ.*
in ſe habent ordinem, neq; ab experientia vnquā *Aſtrolog.*
ducuntur; at Aſtrologi excellentes ducuntur ab *diuiſio.*
experientia, nempè ab obſeruatione eiuſdem rei, *Quid ſit*
ſæpius viſæ, vno, & eodem modo. Neque ad- *exper.*
mittunt corpus cęleſte per ſe, ac ex propria na- *Vtrū cœlū*
tura non poſſe reperiri, bis, ac pluries; quinnim- *ſit ſemper*
mò ſemper opt. diſpoſitum, cum res omnes ex *optimè di-*
Marſ. fic. apud nos efficiat, conſeruetq;. Per *ſpoſitum.*
accidens autem id contingere poteſt, vt etiam
adnotaſſe videtur Ptolom. l 1.c.2.ſui Quadrip.

PROXIMA Terræmotus cauſa in Microco- *Cā prox.*
ſmo poteſt eſſe, tum res quælibet, nō Naturalis, *terræm.in*
vt putà AER tantū; Crapula ſola, & cæt. de qui- *Microcoſ.*
bus ſingulis, ſeorſum, ac breuiter (clarè tamen)
in tract. noſtro de Febre peſtifera fol. 3. 4. & 5.

Altera Microcoſmi cauſa proxima.

l. 11. meth. med. c. 3.

Sal, Mercurius, & Sulphur, hominum princ. ſm̃ Spagyric.

Diffusè autem in c. 11. & ſeqq. præf. lib vlterius tandem in fine l. 3. & l. 5. Tum Microcoſmi natura, comparata ab Hipp. l. de lege Agro; præter quam naturam ſunt Continentia; Contenta: & Impetū facientia, ex Galeni ſententia (neq; hoc ſilentio prætereundum) videntur correſpondere tribus illis (ſuam tamen latitudinem habētibus) quæ ſecundum Theophraſtū (non autem ſecundum Theophraſtęos) ſunt Sal, Mercvrivs, & Svlphvr; vt illa, quæ in quolibet compoſito reperiuntur, & in his tribus generetur, & conſeruetur, cum hæc tria prima (ſicuti Partes ſolidæ, Humores, & Flatus) ſint ſanitatis, & omniū morborum cauſæ internæ.

Terræm. ſigna duplicia.

Terræm. ſignū Pathognom.

Signa denique, aut inditia in Terręmotu, vel ſunt Pathognomica, vt quæ competant omni ſoli, ac ſemper hinc inſeparabilia, & omninò τεκμήρια. Vel non Pathognomica. Inter Priora erit apud Philoſophos, ſi qua terræ pars, vel etiā plures ſimul, in varijs mundi locis, vt tempore Caroli Magni, & Theodoſij Imperatoris (non enim vnquam terra vniuerſa poteſt, niſi miraculosè, ſimul moueri, quandoquidem vapor in viſceribus terræ clauſus expellitur ab vno loco ad alium; neque tot venti poſſunt oriri, vt ſimul omnes terræ partes repleant, vndè poſtea concutiantur, & præter naturam, cum maxima violentia. Huic ſigno Pathognomico videntur ſecundum Medicos correſpondere rigores (tàm ſi accidant ſanis, quàm ægris hiſq;, non ſolum cum febre, ſed abſq; febre, cum accidant interdū ex cruditatibus; interdū ex Pituita vitrea non-

Rigor. in Terræm. Microcoſ. ſunt ſigna pathogn.

dum

dum putrefacta; interdum (ſed in mulieribus) teſte Hippocr. ob aliquem vterinum affectum. Præter hoſce rigores correſpondent apud Gal. Tremores (extra tamen ſenilem ætatem) Horrores, & ſimilia.

l. de trem. palp. conCuſſ. & rigore.

Poſteriora verò cenſentur (vt in tabula notatur) eſſe in triplici differentia, ſunt enim Præterita, Præſentia, & Futura; horumq; nullum eſt τεκμήριον.

Terram. ſignorum diuiſio.

Preterita quidem, ſecundum Philoſophos, erunt Caritas; miſeranda Peſtis; animaliũ rationalium, & irrationalium, atq; inter hæc maxime erunt Ovᴇs, vt percupidæ cibi, capite depreſſo, & naturæ debiles, inficiuntur veleṅoſa illa exhalationis qualitate; ex cuius inſpiratione (vt etiam præ timore terræmotus) mulieres aboriuntur.

Præterita ſign. Terramotus.

Cur Oues ĩ terræm. max. patiantur.

Additur, quod homines præ ipſius Terræmotus timore, & praua illa exhalationis qualitate infecti ſolent fieri demẽtes, & paulò poſt moriuntur; quæ omnia contigerunt Neronis tempore, Seneca referente.

Cur Mulieres aboriũtur ob terram.

His preteritis Terræmotus ſignis correſpondere videntur proportionaliter Terræmotus in Microcoſmo, Bubones, Anthraces, Exãthemataq; in die critica. Amplius ſi Homo paſſus fuerit Phrenitidem, Inſaniam, Hydropis ſpeciem, vel alias grauiſſimas ægritudines, quarum ſpecies recẽſet Iulius Cæſ. Claud. in ſuis conſult. medic.

Præterita ſigna Terram. proport. Microcoſmo.

Præſentia Terræmotus, exiſtentis, ſigna erunt interdum ſi hominum clamores horrendi audiãtur. Interdum ſi flaminæ, & quaſi ardentes faces quædam videantur; ſi fontes; flumina, & aquæ lacus improuiſo oriantur, & quandoq; præter naturalem impetum retrò labantur, fluant, ac

Varia Terræmot. ſigna præſentia in Macrocoſmo.

ſæpe exeant ex proprio alueo, exſiccenturq́; Si loca ab inuicem ſeparentur. Si Scopuli, Montes, ac Inſulę maximę oriantur. Si ſtatuę ab imo ad caput, in partes duas æquales ſcindantur. Si Montes coniungantur. Si campi in contrarias ſedes tranſgrediantur. Si pars terræ inferior penitus inuerſa cœlum ſpectet. Si venti ingentes cum frequentia fulminum. Si cinerum multitudo ex vētorum validiſſimorum exitu (vti narrat Magiſter Paulus Minerua, aſſeuerās Lipareorū Ciuitatem fuiſſe oppreſſam, quinimmo deſtructam cuiuſdam Terræmotus cinere. Interdum vnà cum flammis exeunt lapides magni, & in magna copia, quemadmodum factum fuit Puteolis anno 1538. & 1630. Vbi tamen animaduertere opus eſt, quod ſi exeant flammæ cum cineribus tantum, aut vnà cum paucis lapidibus, tunc illa regio abundat copia maxima tuphi, pauca bituminis, & minima ſulphuris: hicq́; locus eſt mollis omninò ſuperficiei; è contrà verò ſi exeant flammæ cum multis lapidibus, & pauco cinere; hicq́; locus eſt ſuperficiei ſolidæ, illiuſq́; ignis ſubterraneus alitur Sulphure (foſſili ſcilicet) & Bitumine, ſucco quoddam perpingui, & calidi liquoris, oleacei, & aerei. ex Coll. Conimbr. tract. de Teræm.

lib. 3. de Terram. *Lipareorū Ciuitas ob cinerē terremot. destructa.* *Cur ex ꝗ́ flāma cū cineribus tantū, & interdū cū lapidibus plurim. et cinere.* *Quid ſit Bitumen.* *in lib. Meteor. Ar. 129.*

Hiſce autem ſignis præſentibus Terræmotus in Microcoſmo proportionabiliter correſpondent (meo ſanè iudicio) Bubones, Anthraceſq́; à principio febrium, ac præcipuè peſtilentium, ſeu peſtiferarum, & de his ſat ſuperque in meo particulari tract. ad Eminentiſs. Capponium.

Varia terrem. ſigna in Microcoſmo.

Am-

Amplius moleſtę ægrorum Lamentationes; cõtinuæ Inquietudines; Dolores colici, àut Iliaci (in quibus vel flatuum exitus ſupernè, aut infernè impeditur, cum intra corporis humani cauitates occludantur, adeò vt liberum exitum nequaquam habeant) Retentio excrementorum tenuuium, ſeu fluuidorum (vt in vrinæ præcipuè ſuppreſſione) perinde ac craſſorum, dum à facultate expultrice non reijciuntur; aut à facultatis retentricis ratione omninò retinentur: Maxima ſternendi cupiditas: Apoplexiæ, & ſimiles; de quibus Hipp. in lib. ſeptem de Morbis Popularibus, de Flatibus, & alijs, pro varietate, ac ſimilitudine partium humani corporis, varios Terremotus patientis.

Futura denique Terræmotus ſigna extant in Cœlo; in Sphera Ignis; in Aere; in Aqua; & in Terra, non vt elemẽto, ſed vt loco, & fundamẽto aīantiũ oīum, aliorũq; tã pfectorũ, q̃ imperfect. In Cœlo quidem, ſi Sol fuerit in die caliginoſus, aut fiat Ecclypſis Lunæ, multoq; facilius Solis. In Sphera autem Ignis, ſi appareãt impreſſiones igneæ, veluti Cometæ (vt in Achaia) Capræ ſaltantes, Stella enſis ſimilis, Columna, & huiuſmodi aliæ. In Aere verò, ſi fuerit ipſe à ventis pacificus; ſi Aues huc, & illuc aduolent, quaſi non fidant morari ſuper arbores; neque humi iacere, ex naturali quadam ſingularũ propenſione, quæ oritur ex earundem natura: Perinde hac Coruorum crocitatio (dum imminet pluuia) necnõ ſtrepitus Ranarum, quarum etiam lingua, ſi fuerit maculata, peſtem futuram ſe-

Vndenam futura terram. ſign. deprehẽd.

Ex cœlo ſigna terramot.

Ex aere ſigna terramot.

cundum Naturales prænunnunciant: hinc Anaximenes prędixit futurum terræmotum, & ab eo loco (in quo die ſequenti ſucceſsit terræmotus) ſtatim diſceſſit: ſi qua nubecula ſubtilis protracta, & longa, veluti lineæ longitudo appareat. In Aqua, ſi Mare ſine flatu repentè intumeſcat. Si aqua in Puteis ebulliat, vel ſi nulla alia cauſa exiſtente, aliquem tetrum odorem concipiat; & ita Pherecides in Ciuitate propria, quam reliquit, Terræmotum prædixit. In Terra deniq; ſi vox, aut ſtrepitus, aut fragor, aut ſonus exiens ex Terræ cauernarum forma ad aliquot milliaria exaudiatur, eritq; ſecundum variam formam cauernarum, necnon ſpiraminum inſtrumentorum muſicalium, erit itaque modò magnus, modò tenuis, modò fractus, modò horribilis (vti bouum mugitus, inhibilitas equorum, canum vlulatus, ſtrepitus catenarum, clamor mulieris verberatæ fremitus) modò ſibiloſus, modò raucus, modò grauis. Grauis quidem ex obſcepta cauernarum forma oritur: Raucus ex humida: Sibiloſus ex leui: Fremens ex inæquali: Horribilis ex flexuoſa: Fractus ex recurua: Tenuis ex anguſta: Magnus denique ex ampla dictarum cauernarum forma erumpit. Licet autem huiuſmodi terræ aſſocietur cum terræmotu, non tamen id ſemper euenit (vti nnque de alijs iam dictis ſignis, terræmotum imminentem oſtendentibus) cum aliquando ſolus ſonus citra terræmotum fuerit à quampluribus exauditus hic, & alibi; quando nimirum exhalatio eſt minor, quam vt terram mouere poſſit.

Quænam ſint ſigna Terræm. ex Aqua.

Quæ ſigna Terræm. ex Terra.

Hæc

Hæc ſigna Terræmotus futuri mihi videntur poſſe correſpondere proportionabiliter Microcoſmo, dum ipſe fuerit Plethoricus, aut Cacochimus; cuius vtriuſq; eſſentia extat in meo tr. de febre peſtifera fol. 9. 10. 11. Adhuc ſi Microcoſmus cæperit aliquo ſymptomate (non tamen grauiſſimo) affici, dum Luna prauo aſpectu fuerit reſpecta à Sole, aut à Saturno, aut à Marte, aut etiam ſi fuerit coniuncta cum cauda Draconis. Amplius ſi Microcoſmus ipſe murmurationes per ventrem inferiorem perceperit abſq; aliqua occaſione. Adhuc ſi cæperit vrinæ difficultatem perpeti. Inſuper ſi ex Microcoſmi ore fætor aliquis abſque occaſione exeat. Preterea ſi crepitus (tractant enim fabrilia fabri) quorum meminit Auicenas, aut maximo fætore, aut ſine vllo fætore emittatur. Adhuc ſi ſomnus laborem fecerit ipſi Microcoſmo. Si ei contigerit aliqua laſſitudo ſpontanea, de qua Gal. 2. aph. 5. Tandem ex Hipp. ſi fames, ſitis, & ſimilia (quæ naturæ modum excedant) euenerint aliquo die, ſeu tempore ipſi Microcoſmo. Prætermitto interim proprij vultus per mutationem (quam proponit Cardanus) Inſomniorũ, Vrinarum, Pulſuumq; conſiderationes, vt ne longior, quam deceat, omniaq; fiam particulariter, ac ſeorſum à me infrà tractabuntur.

Signa futuri terræmotus in Microcoſ. *Quãdonã ex paruo ſymptom. fit magnũ.* *Alterum.* *Aliud.* *Aliud.* *Aliud.* *2. aphor.* *lib. 4. de ſan. tuẽda c. 4. c. 32. 33. 34. 35.*

Non itaq; huius Terremotus futuri ſigna erũt (vt opinabanť Phryges) Auguria, Auſpicia, Aruſpicia, vel Omina, vt quæ ſignis futura prænunciare opinarẽtur, hæc autem ſingula volunt quidam ducta olim fuiſſe à Chaldæis ad Græcos; à

Auguria nõ ſunt ſigna terræ mot.

Græ-

Augur. à quib. ſint ducta.

Grecis ad Hetruſcos; & ab Hetruſcis ad Latinos: Cum horum pleriq; futurorum contingentium prenotionem, ſeu diuinationem, ac omnino prędictionem captarent.

Augur. è Cælo, & Aere.

Modò è Cœlo, & Aere, vnde expectabant ipſi, vt Fulmen videretur, vel Tonitru exaudiretur, quemadmodũ annotauit Plinius l.2.c.52.& 54.

Augur. ex auiũ voce & ſitu.

Modò ex Auium Garritu, Voce, aut Cantu, cum additione interdum ſitus, aut poſitionis; puta ſi Cornix, aut Coruus à dextera, vel à ſiniſtra Cãtus, aut Garritus emittat.

Auſpic. ex auiũ volatu, &c.

Modò ex Auium Motu, Volatu, Paſtu, Numero, Statu, aut Habitu futura prædicens; vt ſi Domum, aut Vrbem auolantes Columbæ deſerant, aut Aquila ſtatuæ, aut capiti alicuius inſederint.

Aruſpiciũ ex inteſtinis allium in aris.

Modò ex inteſtinis animalium in aris Dæmonibus imolatorum.

Omen ex hõis dicto, aut facto.

Modò ex hominis dicto, vel facto de rerum euentu læto, vel triſti fauſto, vel infauſto: vt ſi quis obſeruet quid ſibi domum egredienti primum occurrat, quam audiat vocem ab aliquo prolatam: ſi audiat hominum verba (abſque intentione tamen) prolata: Si, & quoties, ſternuat, aut ſternuentem audiat.

Auguria reprob. à l.1.de natural. fac. cap.12.

Quę oĩa ſi reprobãtur à pleriſq; Phĩs, teſte Gal. Ergò tãto magis diuina Scriptura in Deuteron. 18. & Hier.27. reprobat, & cõdemnat perſonas, Augurijs incumbentes, & conſulentes augures, cũ harum diuinationum modi ſint Dæmoniaci.

In 1.p.D. Th.quaſt. 114.ar.4.

Vtrũ admittatur diuinatio Geomantia, quæ fit per corpus terreſtre (nempe Lignum, Ferrum, aut Lapidem politum) in cuius ſuperficie appareãt figuræ, vel ſigna, vt futurorum indicatiua. Legatur Magiſter Fr. Io. Paulus Nazarius.

Tertio

3. INDICATIO vtriuſq; Terræmotus videtur eſſe duplex; VNIVERSALIS ſcilicet, & PARTICVLARIS. Vniuerſalis erit ſanè apud Philoſ. Terræ QVIES: verumenimuerò apud Med. erit totius Microcoſmi REQVIES.

Terræmot. vtriuſque indicatio eſt dupl.

PARTICVLARIS autem ſecundum Philoſophos Græcos, & Latinos, erit

Vniuerſalis quidem eſt.

Primò aperire terræ porros,& meatus, vt vẽti ſicci (vel aliunde immiſſi, vel intus geniti) virtute ſua non attollantur, non retroferãtur, neq; in ſe ſe reuoluantur, id, quod fiet, ſi quis procurauerit exitum exhalationum, ſeu vaporum, ac omninò ventorum, ſeu flatuum exiſtentium, Non in terræ ſuperficie, Non in eiuſdem profunditate (neutro.n. modo fieret terræmotus, cũ terra minimè vnquam hoc pacto perſtrepet, neq; concutiatur, ex Aug. Galeſij opinione) ſed in terræ viſceribus, impulſu caloris latentis, mediatè, aut immediatè in dictæ terræ viſceribus contrà humidum, & ſiccum ſimul.

Particularis indicatio i Terræmotu. Prima.

In qua terra parte fiat terræmotus.

L. de Terræm.

Secundò, dare locum æſtui latenti in terræ concauitatibus,perinde ac Exhalationi,aut Vapori, ex Galeſio in ſuo tr. de Terræm.

2. verò.

Tertiò, prohibere exhalationes, retinendas in dictis terræ viſceribus; hinc ab vnoquoq; facilè intelliguntur tres illæ INDICATIONIS circunſtantiæ, nempè Quid a Quo, Quid cũ Quo; & Quid poſt Quod. Quæ forſitan circunſtantiæ omnes fuerunt à Card. Beſſarione aduerſus calumniatorem Plat. conſideratæ, dum in dubio Animæ (exiſtentis, vt formæ corporis animati) quæritat, num huiuſmodi anima ſit forma ante cor-

3. deniq;.

Quotnam ſint Terræmotus indicationũ circũſtantiæ.

Lib. 2. c. 7.

corpus; an cum corpore; an deniq; poſt corpus.

Cæterũ indicatio apud Medicos ratione terræmotus in Microcoſmo ad proportionem erit modò purgare ad mentem Hipp. Modò Euacuare teſtimonio Auic. Modò Attenuare, Detergere, Deſicareq; teſte Gal. Modò Diſcutere, nec non Corroborare, ſecundum doctr. Gal. l. 2. de compoſ. Pharmac. c. 11. Modò Reuellere, quod fit per contraria, ex Gal. 5. aph. 69. fitq; (Ac NOTENT IVNIORES) vel ſecundum Longitudinem, vt ex ſuprà ad infrà, & è contrà: vel ſecũdum Latitudinem, vti ex dextera parte ad ſiniſtram, & è contrà: vel ſecundum Profunditatem, vt ex anteriori parte ad poſteriorem, & è contrà. Addo Reuulſionem ex interioribus ad exteriora, vt ſcilicet praui ſucci vergunt introrſum, vti fatetur Gal. Modò Deriuare, quod fit per loca vicina, & in hoc differt reuulſio à deriuatione Gal. doctr. Sunt & aliæ magis particulares indicationes, quas dedita opera ſilentio inuoluam, traditurus tamen l. 2. c. 2. cum ibi, curandi indicationes magis particulares, ac neceſſariæ, deſumantur ex morbis, cauſis morborum, & alijs, quæ ſingula habent ſuas præcipuas Indicationes: Coindicationes: & Contraindicationes: Hæ autem omnes, vti ſunt difficillimæ apprehenſu; ita ſunt neceſſariæ ſcitu, dum quis vult (vti noſtra ſemper fuit intentio) conſulere cum publicæ, tum ſingulorum ægrorum vtilitati, HIC, & VBIQVE, cuius rei cauſa in hoc opere memini (ſecundum ea, quæ ſum implicitè doctus ab Hipp. explicitè autem à Gal.

Indicatio in Microcoſmo pp terræmot.

Lib. 1. de morb. Mulieb. c. mihi 23.

L. 1. fen. 4. d. 5. c. 24.

L. 11 meth. med. c. 8.

Reuulſio fit contraria.

Reuulſio ſecundum longitud.

Reuulſio ſecundum latitud.

Reuulſio ſecundum profundit.

Ad mentẽ Orib. l. de Cucurb. ſcarif. c. 18

L. 5. meth. med. c. 3.

Vndenam deſumantur indic.

à Galen.& ab Auicen.) variarum Bilis diff rentiarum,quibus non ſolum vno remedio (nempè per cõtraria ſecundum Methodicos) occurrendum eſt, ſed varijs remedijs, tam ſimplicibus, quam compoſitis, contrarijs quidem (nõ tamen in fine, ſed in principio)necnon in gradu æqualibus, ob cauſas iam adductas fol. 36. & 142. *Continua Auct. intentio.* *Quibus remedijs ſit occurrendum Bili.*

Quod autem notatur de BILE ipſa, hoc idem eſt intelligendum de PITVITA, de MELANCHOLIA, & de ipſo SANGVINE,vti Auic.approbare videtur,& nos diffusè l.3.c.31. *L.1.fen.4 d.3.c.1.*

4. Coindicatio autẽ Terræmotus apud Philoſophos erit Tempus, Hora, Dies, Menſis, Regio, Locuſq; vnde Coindicatio terræmotus, quo ad tempus (licet poſſit quocunq; tempore fieri. Si quidem VERE anno 16. Caroli V. x. Kal. Aprilis Terra fuit concuſſa in Sicilia: Æſtate autem in Milena anno 20. eiuſdem Caroli V. Kal. Iulij: Autumno poſtea in Italia Puteolis anno 18. eiuſdem propè Kal. Octob. Hyeme tandem, ętate Alberti in Longobardia, & in Italia Bonon. iij. Kal. Ianuarij) erit Aut maximè temperatũ(atq;præſertim ſi præceſſerit vel tempus maximè pluuioſum, vel maximè ſiccum, ex opinione Lucij Maggij Nob. Bonon.) Aut annus ille, qui non ſeruauerit conditiones Anni proprias, haſq; recenſet Hipp. Hora verò in Elatione, aut in Vibratione,atq; in Pulſu, erit hora Lunæ, & Martis coniuncti cũ Mercurio, quatenus ſunt Planetæ ventos auſtrales, cum maximo impetu mouentes. Cæterum in Depreſſione, perinde ac in Tremore ſtatuetur *Quotnam ſint Terræmotus coindicat.* *3.aph.11. 12.* *Quæ hora ſit cauſa Terræm.*

Saturni et cũ Merc. & Luna.

hora Saturni cum Mercurio, atq; Luna,& maximè in Tauro, Virgine, aut Capricorno, Quocirca ex dictis obſeruatur, terram impelli quinq; modis,vel .n. Surſum tantum, hinc Elatio, propter quam Montes nati ſunt.

Propter quem terræmotum flumina.

Vel Deorſum tantum, cum ſcilicet terra ipſa aperitur. Hinc depreſſio, cuius cauſa flumina, lacus,valles,locaq; paludoſa ortũ duxerunt.

Propter quem terram. Aedificiorum caſus, ſeu ruina.

Vel Ante, ac Retro, hinc Tremor, propter quem ædificia pleraq; cadunt,& quã ſæpiſſimè.

Vel Dexterè,ac Siniſtrè, inſtar Nauigij,hinc Vibratio,at ſecundũ Senecam Inclinatio,quem Terræmotũ vocat Plinius CASVM, ſeu RVINAM, cum in vnam tantum partem totus ſe motus coarctet,ex Fr. Minerua loc.cit.oritur autem ex copioſo, & abundanti ſpiritu, in vnum locum collecto. ibidem. vnde Voragines ex Tito Liuio, & ſimilia.

Propter quem terram. Voragines. L.2.dec.3

Vel Surſum, & Deorſum; vt ſi terra intumeſcat, atq; iterũ reſideat,tuncq; Pulſus, ſeu Concuſſio, Arietatioue: Vnde Terræmotus cauſant Inſulas, atq; ob huiuſmodi Terræmotum Sicilia fuit diuiſa à Calabria; vt etiam Hiſpania, ab Aphrica, ſicut referunt Hiſtorici.

Propter quem terram. Inſula.

Pręter tempus,& Horam eſt Dies(cui pręeſt, vti adnotat Fr. Paulus Minerua, ſtella Planetaria) diuiſus in lucem, ac tenebras quocirca licet omnibus horis eueniſſe iam contigerit, attamen frequentius in Aurora; multoq; facilius ſi fiat eclypſis Lunæ, ac maximè Solis, vbi accidit terræmotus. Menſis poſtea erit, vbi Sol in Prima facie Tauri, aut in ſecunda

L.2. de p̃cogn. tẽp. mutat. ca. 13.

Quo tempore con-

Scor-

Scorpionis, ac præcipuè ſi Luna erit aucta lumine, ac numeris, dum Orion naſcetur, ſi quidem hiſce temporibus venti Auſtrales cum maximo impetu mouentur. Poſt huſce menſes, erunt, vbi Sol in ſecunda reperietur facie, vel Arietis, vel Libræ (vt Ferrariæ) præſertim ſi in dictis ſignis Mercurius fuerit retrogradus, aut ſtationarius, aut exeat de vno ſigno, & in alterū intret; quandoquidem hiſce temporibus mouentur Venti Orientales, atq; cum maximo impetu. Loca tandem erunt terræ motui ſubiecta, ſi fuerint Montoſa (hæc.n. ſunt poroſa, & ſub ipſis ſunt Cauernæ) Paludoſa, Mari proxima, nam hæc multum ſpiritus excipiunt, & exhalationi minimè cedunt: hinc frequentius agitantur. Ex hoc etiam genere ſunt loca Sulphurea, Bituminoſaque, nam vehementi, & crebro motu agitantur, vnde mirum non eſt, quod Puteolani (ob quorum propinquitatem etiam Neapolitani) ſæpè, ac ſæpius terræmotibus affligātur, horum .n. locus ſua natura eſt Poroſus, Mollis, abundās cauitatibus occluſis: Montoſus, Aquis plenus, Sulphureus, Bituminoſuſque. Huiuſmodi autem Coindicationes apud Medicos in Microcoſmo (cui ex Hpp. accidunt, vt in terræ motu, omnes morbi in omnibus tēporibus) erunt proportionabiliter à nobis exponendæ lib. 2. c. 3. cum illic varij Hpp. aphoriſmi ſint adducendi, & verba facienda de Microcoſmi coindicationibus, quæ ſunt Ætas, Natura, Tempus, Regio, Locus, Morbiq; motus, tanquam indicantes Quid a Quo: Quid cū Quo: & Quid poſt Quod; atq;

tingant ſpecipuè terram.

Quenā ſit cauſa.

Quandonā Merc. cauſet vētos.

Quæ loca ſint terræ motui ſubiecta.

Quenā ſit cauſa.

Cur Puteolani, & Neapolit. à Terræm. affligātur.

3. aph. 19. Hipp. ſect. 3.

Inter Microcoſmi coindicat. ſunt genituræ, ac decubitus.

atq; præcipuè ob indiuiduorum genituras cum decubitibus, vel ſaltem ob ſingulorum decubitus in ſingulis morbis, ne dum in affectu Podagrico tantum. Non differetur autem paralellus quinq; ſpecierum motus terræ, cum quinq; particularium morborum ſpeciebus (ac expreſsè) in ipſo Microcoſmo, fit .n. in voluulis terræmotus in Microcoſmo per ſuperiora tantum: in Affectione autem Cæliaca, vt in Lienteria per Inferiora tãtum; cæterũ in Cholera per ſuperiora, & inferiora; Inſuper in Paralyſi per dexterũ, aut ſiniſtrũ: in Hæmorrhagijs deniq; .i. ſãguinis eruptionibus, effuſionibuſue per Antè, vel Retrò.

Quot, & Quæ ſint Cõtraindicat. Terræmot. ĩ Microcoſmo.

5. Contraindicatio poſt modum terręmotus (per reſpectum ad Tempus, Horas, Dies, Menſes, Regiones, atq; Loca) erit tempus anni appropriatas ipſius anni conditiones ſeruãs, quare non excedens, neq; in pluuijs, neq; in ſiccitatibus, neq; in aliqua alia pręter naturam conſtitutione, quam Hipp. adnotat.

Quanã hora planetaria contraindicẽt terram.

Horæ autem erunt Iouis, aut Veneris, his namq; horis, rarò, ne dicam vnquam (cum ſinguli Planetæ poſſint eſſe ventorum auctores, ex Minerua) cœpit aliqua terræmotus ſpecies.

Qui dies cõtraindicet terræmotui.

Dies verò erit, vel Solis occaſus, vel Meridies, nam vapores die antecedenti ſub terra colluti exhalant, vt experientia demonſtrat.

Quinã mẽſes cõtraindicẽt terræmot. cũ pp. cauſa.

Menſes poſtea, dum Sol erit in Leone, aut in Aquario, ac præcipuè in ſecunda vtriuſq; facie; nam hoc tempore calor exhalationes, vt etiam vapores gignens, & producens, eſt debilis; illo autem tempore, Calor terræ porros aperit, vnde

quic-

quicquid eſt ventorum, aut ſpirituum ſub terra collectum, exhalat, multoq; minus fiet Terræmotus, ſi Luna fuerit in alterutro dictorũ ſignorum; nec non libera ab ecclypſibus, & coniunctione Solis.

Regiones ſunt ex Plinio, quę à maximo calore oppreſſæ (vt quæ rareſactæ caloribus) exhalationi, foras egredienti, nõ aduerſantur: ſunt ẽt Boreales, vt quæ frigorib. obſtipatæ; Et minimũ exhalat. habẽt; & exhalat. ſi qua eſt, reprimunt. *L. 2. Hiſt. c. 50. & 80.*

Loca deniq; erunt, non ſolum Inſulæ altiſſimæ, ſed etiam loca maximè denſa, vt Gypſea, Inſuper Mari, non quidem arcta, vel anguſta, ſed ampla, ſi quidem huiuſmodi Maris locus fluit, & nullo pacto quatitur. *Quanã loca contraindicẽt terræmotui.*

De Cõtraindicationibus in Microcoſmi terræ motu loquemur, nos infrà, cauſa eſt, vt ne ibi repetamus iterum, quicquid nunc eſſet nobis enunciandum; Vitium ab Ariſt. reprehenſum, ſic .n. memoria videtur obrui, atq; omnia confundi; & ſi quando Gal. rem eandem ſæpius repetijt, ſemper viſus eſt cauſam aliquam adduxiſſe, vel .n. vt amicis obtemperaret; vel propter maximam rei alicuius vtilitatem; vel deniq;, vt veſtigia vulgi reprehendere nollet. Idq; Notetur. *Lib. 1. de par. anim.* *Lib. 1. de Criſ. c. 8.*

6. Præſagium in Terræmotu bonum ſtatuetur, quotieſcunque Terræmotus incipiet ſub die Iouis, illiuſq; hora, nam Iuppiter vbiq; bona influit. Adhuc, ſi effecerit, vt ex aliquo cęnoſo lacu fiat terra fertilis; vel ſi ex monte arduo, ac ferè inhabitabili ſuboriatur planities frugifera; Additur, ſi fuerit in cauſa, cur quampri- *Quãdo terræmot. ſit bonus.* *Eſt altera cauſa.* *Eſt alia cauſa.*

Digitized by Google

primum erumpat è terra exhalatio aliqua maligna (maligna ſemper erit, vbi in terræ viſceribus diù fuerit retenta euaporatio, ſeu exhalatio) quæ alias ibi detenta, & paulatim exiens aerem inficiendo multa mala inferebat, Et plantis, Et brutis, Et hominibus, hinc Caritas, Peſtis, & ſimilia: Erit autem huiuſmodi præſagium breue, ſi exiguo tempore producetur, nimirum ſi terminauerit (vti euenit ob motum in terra continuatum) intra quattuor dies, quare continget modò vna hora, vt in India de anno 1530. Modò vno die, vt in Antiochiæ de anno 632. Modò per tres dies, vt Romæ 1351. Longum autem, ſi abſoluetur pluribus diebus, quam quatuor; id quod euenit propter terræ motum non continuatum, ſed vicibus interpolatis; Adhuc quando Terræmotus ab initio fuerit vehemẽs, cum indicet copiam exhalationis, intra terræ cauernas clauſæ; vt euenit Venetijs de anno 1345. qui perſeuerauit quindecim dierum ſpatio. Cæterũ in Luſitanea de anno 555. decem, & octo diebus; at de anno 556. perſeuerauit in Byſantio quadraginta diebus integris; alibi autem vnius anni, biennij, & intercũ plurium annorum ſpatio, Hinc terræmotus contingit, mox breuiori, mox longiori tempore, huiuſq; cauſæ ſunt plures.

Exhalatio in cauernis retẽta ſit malig. *Caritas, & Peſtis vnde interdũ contingat.* *Quinã terramot. ſit breuis.* *Quinã terramot. ſit longus.* *Cur terræmotus modò breuiori, modò lõg. temp.*

¶ Si .n. (idq; ob cauſam non naturalem) Terræmotus euenit propter iuſtam iram Dei, à quo ſit principaliter, iuxta D. Tho. ſuper Pſalmum nn. 45. & 17. tunc permanebit breuiori tempore; vnde quadrat illud Hoſeæ cap. 9.

Terræmot. à Deo principaliter.

VÆH

VÆH ILLIS, CVM RECESSERO AB EIS. Sin aũt propter populi alicuius præuaricationem, vt cõtigit olim Baſileis, tunc erit longiori tempore diuturnus, ſi quidem refert Fr. Minerua: Terræ motus ille, quo Baſilea corruit in ſignum eius gentis præuaricationis, anno integro durauit, & poſt annũ vicina loca ob eãdem cauſam fuerunt ab ipſo terręmotu afflicta; VNDE VÆH ILLIS, QVI RECESSERVNT A ME, cum Deus nolit mortem peccatorum, ſed vt magis conuertãtur. Amplius ſi Terręmotus contigerit ob Coniũctionẽ, Irradiationemuè per Oppoſitionem, vel Quadratũ Saturni, & Martis in ſignis Igneis vti etiam, vel ob coniunctionem Saturni cum Ioue in ſecunda facie dictorum ſignorum, quæ ſunt Aries, Leo, & Sagittarius, vel ob Martem ſeptentrionalem in ſecunda facie Geminorum, aut in principio tertię faciei Virginis, tunc Terræmotus fiet, vt pluries fuit obſeruatum à viris quibuſdam, breuiori tempore. Cæterum ſi acciderit propter Aſpectus prauos (qui ſunt Oppoſitio, & Quadratum, quibus addo Coniunctionem Saturni, & Martis in ſignis Aquaticis, vel etiam ob coniunctionem Saturni cum Ioue in ſecunda facie Aqueorum, nimirũ Cancri, Scorpionis, & Piſcis, tunc longiori tempore durabit Terræmotus; hinc patet, TRES dictos PLANETAS, hoc pacto diſpoſitos, vt cauſas naturales, & vniuerſales, efficere Terræmotum, quibus tribus Planetis addere nobis placet hoc tẽpore Mercurium à Ioue reſpectum, vt ſuprà, in vno ex iam dictis ſignis, ſi quidem Mercurius

Terræm. ob Populi pręuaricationem.

L. 3. de ſ. cogn. tẽp. mutat.

Terræm. ob cõiunc. irradia. & quad. Sat. & Mart.

Quanam ſint ſigna Ignea.

Quinam ſint praui aſpectus.

Cæleſtia ſigna Aquea ſunt Cãc. Scorpio. & Piſces.

Satu. Iou. & Mart. cauſa na-

turales, ſed vniuerſal. Merc. vt cauſa Terræmotus. hoc pacto collocatus, vt etiam in Geminis omni tempore Ventos validos ciere multi animaduerterunt; Durabit etiam Terræmotus longiori, ac breuiori tempore ob varias terrarum ſpecies, quæ ſint magis, minuſuè idoneæ producendi, ac retinendi vapores, exhalationeſuè cum ſubterraneis ignibus, hinc ſi Terræmotus venerit alicui loco, ſulfuris, ac bituminis experti, ſemper durabit breuiori tempore, quam è contra; & ſi qui fuerit particeps ſulfuris abſq; bitumine, tūc etiam breuiori tempore (cum citò ſulfur conſumatur, & quando accenſum, ſi ei aquæ portio inſtilletur, ſtatim emoritur) longo poſtmodum tempore, ſi euenerit loco tantum bituminoſo, vt qui ſua pinguedine præſtet vberiorem igni fomitem, & diutiùs permaneat, cum in aquis ardeat, eiſdemq; alatur. Longiſſimo tandem tempore durabit Terræmotus, ſi locus fuerit ſulfureus, & bituminoſus ſimul: quo in caſu ſi apparuerint ob ipſum terræmotum multi cineres, & pauci lapides, tūc locus ille erit præditus maiori quantitate ſulfuris, quam bituminis; è contra verò ſi multi lapides, & paucus cinis: Hinc in huiuſmodi Terræmotu flammæ fiunt conſpicuæ, cum vnà cum ſulphure, ac bitumine ardeāt ſaxa, & alia, quæ eodem incendio inuoluuntur.

Cur Terramot. breuiori, ac lōgiori tēp.

Sulphur citò conſumitur, & ob aquam emoritur.

Bitumen abūdat pinguedine, & ī aquis ardet.

Terram. præſagiū longum.

Vnde ob Terræm. multi lapides, ac paucus cinis, & è contrà.

Præter varias terrarum ſpecies, ob quas animaduertimus Terræmotum fieri magis, & minus diuturnum, occurrit facilitas, ac difficultas exitus exhalationum, ſeu vaporum, hinc Terræmotus ille, qui euenit tempore Æſtiuo, aut Hyemali, eſt ſemper multò breuior, quam alijs tem-

Cur ī Terræmot. fiāt interdum flāmæ conſpicuæ.

temporibus ob cauſas adductis: quod idem ex conicĉturis fuit à quibuſdam enunciatũ eueniſſe tum in quibuſdam inſulis, ſub quibus aqua non penetrabat; ſed tantum eas circundabat: tum in quibuſdam inſulis, quę Et à mare circundabantur; Et quodammodo ſub eis mare penetrabat ob halitus in dictis inſulis genitos, & propter circunſtantis maris antipariſtaſim breui tempore repulſos. Tandem, vt vnico verbo dicam; Terræmotus eſt tanto tempore duraturus, quanto Aut fuerit egreſſa omnis exhalatio, quæ intus incluſa durationem pręſtabit: Aut iam minor facta, & liberiorem habens exeundi facultatem, nec terram mouere poterit; nec cauſam, cur moueat, habebit. Ex Hucuſque ergo relatis colligitur nunquã terręmotũ aliquem accidiſſe, quin alicuius rei exitũ (ac pręſertim Romæ, vt etiam ſcriptũ reliquit Fr. Minerua) ſemper pręſagierit, pręſagiuit autem exitum modò BONVM, modò MALVM, modò quidem NEVTRVM; BREVEM tamen, ac aliquando LONGVM.

Eſt etiam alia cauſa. Cur Terræmot. ſit breuior Æſtate, ac Hyeme, quam alijs temporib. Adhuc in Inſulis.

Terræm. quãto tẽp. ſit duraturus.

Dictorum Epilogus. De Temp. præſagit.

Huiuſmodi præſagium in Terręmotu Microcoſmi, ſecũdum Analogiam, ſeu proportionem erit aliqua ægritudo intrà eiuſdem corpus cum motu excitata, fęlicem exitum oſtenſura breui tempore, veluti febris Ephemera (non tamen peſtilentialis) Bubones ſuperuenientes febribus Diarijs, non autem alijs, & ſi alijs, tunc die critica, Anthraceſque, ſicuti notauimus in noſtro Tractatu de febre peſtifera; & alia huiuſmodi, quæ fuerint in cauſa, cur & ſpiritus intrà corpo-

Quæ ſpecies morbi oſtẽdat bonũ in Microcoſmo exitum.

Qui Bubones & Anthraces bonum exitũ pſerant.

Ad Eminẽtiſ. Cap.

ponium. fol.8. ra eiuſdem microcoſmi recēta, doloribus ipſum afficientes (vti demonſtrat Plato) egrediantur,

In Timæo, ſeu de Natura. cum prius egredi nequirent intra dictum tempus; & partes eius Microcoſmi Similares, ac Diſſimilares ſuū locum naturalem, vt etiam Temperiem, intrà quatuor dies ſortiantur: & tādem

Quando Terræm. in Microcoſ. bonus. Humores adhuc putridi è corpore propria natura detrudantur (quadam tamen violētia, motuq;) vel humores, in putredinem facilè cōuertibiles, in halitum reſoluantur exiguo tempore abſq; Microcoſmi noxia, quam deprehendere licet, Ex PVLSIBVS: Ex VRINIS: Ex INSOMNIIS: Ex PHYSIOGNOMONIA: Ex GENITVRIS: Et ex proprijs DECVBITIBVS, de quibus ſingulis ſeorſum verba faciemus cap.32.33. & ſeqq.

Sup. Pſal. 17. Malum autem Terræmotus præſagium erit, quando ipſe Terræmotus fuerit principaliter factus à Deo O. M. vt D. Th. adnotat. Adhuc,

Terræm. præſagius mala die Solis, & hora. dum continget in die Solis, eiuſq; hora, quia terra, ſurſum tātum eo die (vt fuit à quibuſdam obſeruatum) impelli ſolet, vndè ob huiuſmodi

Quando terra impellitur ſurſum tātum. terræmotum alicuius tēporis ſpatio ſucceſſerunt illis in locis modò Tyranni crudeles: modò Regnorum priuationes: modò Status alicuius mutatio. Malum etiam in die, & hora Lunæ, qua

Adhuc die, & hora Lunæ. deorſum tantum terra detrudi ſolet, vt aliqui animaduerterunt, etenim ob huiuſmodi Terræmotum poſt aliquod tēpus euenerunt interdum

Quādo terra detruditur tantū deorſū. Principum mortes; interdum nouæ leges fuerunt ſubortæ: ac omninò Vaſtationes ad ſenſum apparuerunt.

In-

Inſuper Terræmotus pręſagium malum, & longum, in die Saturni, eiuſq; hora, qua, terra ex imo concuſſa, ſurſum, deorſumq; (vt à multis eſt litteris traditum) iactatur, ſpiritu recto aſcēdere conante (quo pacto ſe habet pulſus in animantibus, eò ſi quidem arteriæ nunc ſe ſe efferunt, nunc conciduut) nam ob huiuſmodi terræmotum contigerunt ſępè Fames, ac Peſtis, cum Saturnus ſit vitæ humanæ deſtructor.

Amplius die, & hora Satur. *Cur Terra Surſum, et Deorſum moueatur.* *Saturni cōditio.*

Malum etiam pręſagium in Terræmotu eueniet die Mercurij (Planetæ impetuoſi) eiuſq; hora, qua (vt nonnulli ſcriptum reliquerunt) terra Antè, ac Retrò impellitur, ſiquidem poſt huiuſmodi terræmotum aliquo temporis ſpatio euenit; mox Regnorum perturbatio, ac omninò Subditorum tumultus: mox Excurſiones hoſtiles: mox Exercituum clades.

Praterea in die, & hora Merc. *Cur Terra & antè, & retrò.*

Amplius Malum præſagium indicat Terræmotus ille, qui accidit die Veneris, eiuſq; hora, qua notatum eſt à varijs ſcriptoribus terram ipſam moueri, ſed dexterè, ac ſiniſtrè, cum poſt huiuſmodi terræmotum aliquo temporis ſpatio Interdum euenerint Principum perſecutiones: Interdum Bella ciuilia: Interdum in proprijs ſtatibus Rebellio: Interdum Peſtis ipſa.

Cur Terra dexterè, ac ſiniſtrè moueatur.

Neutrum deniq; Terręmotus pręſagium ſtatuetur quotieſcunq; poſt ipſum, vel etiam ipſius tempore (quod accidere ſolet, vbi Mars, & Mercurius coniunguntur in domo Solis) nulla ſuborietur iactura, vel pernicies Perſonarum, aut Ædificiorum, adhuc abſq; Fame, Bello, Peſte, & ſimilibus accidentibus, vt Romæ ſemel contigit

Quandonā Terręmot. pręſagium ſit neq; bonum, neq; malum.

tigit Traiani tempore, nam tunc temporis duo forſitan flatus, ſeu venti (externus ſcilicet, ac internus) ſibi mutuò occurſantes feriebant res interiectas, ſed abſq; noxa permanebant, cum alter flatus alteri repugnaret.

Cur Terræ motus neque bonũ, neq; malũ afferat.

In Microcoſmo autem, ſecundũ analogiam, terræmotus præſagium malum (& breue) continget illi homini, qui laborauerit Aut VOLVVLO, correſpondenti ei motui terræ, quæ tantummodo ſurſum mouetur: Aut DYSENTERIA maximè pernicioſa, ſimili terræ motus deorſum tantum. Aut CHOLERA, quæ videtur par eſſe motui terræ ſurſum, ac deorſum ſimul. Aut HÆMORRHAGIA, quæ vicem præbere cenſetur ei terræ motui antè, ac retrò. Aut PARALYSIS illa, de qua verba facit non Cornelius Celſus, ſed Paulus Ægineta; cum hęc ſe accommodet proportione illi terræ motui dexterè, vel ſiniſtrè: aut alio morbo, in quo facta fuerit maxima penes iam dictos motus agitatio in flatibus, & humoribus, intra Microcoſmi vaſa contentis, qui exitum quæritant aliqua via; idq; facilius continget, ſi quis cęperit ægrotare, dum Luna fuerit in aliquo ſigno mobili, afflicta Vel à SATVRNO (exiſtente in aliquo ſigno maſculino) Vel à MARTE (collocato in aliquo ſigno fœminino) Vel à SOLE, vti eſt à me pluries animaduerſum, particulariterq; adnotatum plurium annorum ſpatio.

Quando Præſagiũ malum, & breue in Microcoſ. In Vol. fit motus per ſuperiora tantum. In Dyſen. fit motus per infer. tantum. In Cholera fit motus vterque. In Hæmorrhagia fit motus antè, ac retr. In Paral. fit motus. Quando p̃ſag. malũ, ac breue in aliqua ægritudine.

At verò præſagium malum, ſed longum continget illi, qui cęperit affligi, Vel ſanguinis ſputo ex Pulmonibus; Vel ventris profluuio in he-

Quãdo p̃ſag. malũ,

patis

patis ſcirrho; Vel Apoplexia non forti; Vel aliquo Anthracis genere in febribus peſtiferis, dummodo in die critica fuerit ſubortus, vt diffusè tradidi in meo Tract. Tandem Paralyſi ea, cuius meminit Cornelius Celſus auctor propriè Latinus, poteſt tamen intelligi Græcus, vt qui Græcorum opiniones fuerit continuò ſecutus. Vel aliqua alia ægritudine, in qua fiat maxima non totius corporis in ipſo Microcoſmo, ſed tãtum partis eiuſdem agitatio penes vnum, vel plures ex dictis motibus, nempè Aut Surſum tantum: Aut Deorſum tantum: Aut Surſum, & Deorſum: Aut Antè, ac Retrò: Aut Dexterè, ac Siniſtrè, quæ omnia videntur contingere Et ob Flatus (ſecundum Hippoc.) in varijs totius corporis ventribus; Et ob Humorum Quantitatem: Et ob eorumdem Qualitatem tum Primam, tum Secundam; hancq; animaduerſam modò ſecundum propria ſenſuum obiecta; modò (vnà cum Hier. Capiuaccio) ſecundum ſubſtantiæ modum, hinc ipſorũ humorum Tenuitas, Viſciditas, Craſſitieſq.; Vndè morborũ breuitas, & longitudo: Longitudoq; diuturnior, & minus diuturna ob Coindicationes, & Cõtraindicationes præcipuarum microcoſmi complexionum, & ætatũ, de quibus fiet ſermo in L.2.c.3. Additur particularis Microcoſmi Decubitus, veluti ſi quis decumbere incipiat, dũ Luna exiſtens in aliquo ſigno fixo (vt puta in Tauro, Leone, Scorp. & Aquario) fuerit reſpecta prauo aliquo aſpectu (Quadrato ſcilicet, & Oppoſitione, addetur interim Cõiunctio) Vel à Sole:

ac longum in ægris.

De febre peſtif. ad Eminẽtiſ. Capponiũ.

Quinque Motus Microcoſ. ad proportionẽ quinq; motuũ terræ.

L. de Flat. c. mihi 3.

L.1. d aff. cap. c.27.

Ægritud. quãdo longa.

Vel

Vel ab infortunis (Saturno ſcilicet, ac Marte) neq; Cōbuſtis, neq; Retrogradis, licet ſit in hoc aliqua difficultas, dum huiuſmodi infortunę ſint Combuſtæ, ac Retrogradæ, quam difficultatem breuiter, atq; clarè diſſoluere infrà conabor.

L. 3. c. 20.

Quandonā ſit præſag. neutrū in Microcoſ. terram.

Neutrum deniq; Terræmotus præſagium in Microcoſmo, analogicè erit, Rigor, Horror, Frigus, vel tandem Ægritudo illa, in qua fuerit eiuſdem corpus maximè agitatum, aut à vaporibus, aut ab Humoribus; ſed vti abſq; illius pernicie, ita etiam abſq; perfecta Microcoſmi ſanitate; atq; id euenire ſolet, dum quis decubuerit Luna exiſtente in ſignis BICORPOREIS, ſeu Communibus, dummodo tamen Luna non fuerit malè reſpecta ab infortunis, neq; à Sole, alioquin ſemper malum præſagium, & quam ſæpiſſimè mutatio, ſeu conuerſio vnius ægritudinis in alteram, cū eiuſdem tandem obitu, & parua medici laude, vt ipſe particulariter triginta ab hinc annis animaduerti, notauique.

Decub. neque perfectā ſanit. neq; perniciem oſtendens.

Decub. ſēper malus pro infir.

Terram. ſecū. Plat. l. 26. Phædrus.

L. 23. dial. Cratylus.

7. Curatio Terræmotus ſecundū Platonem erat quamprimum confugere ad vota, cultuſq; Deorum (quos alibi nominat ſub nomine Solis, Lunæ, Stellarum, Cœliq;) cum opinaretur morbos omnes (è quorum genere eſt terræmotus, vt fol. 207.) contingere diuina indignatione ob antiqua delicta. Cæterum iuxta Pſellū, ac Porphyrium Platonicos, erat ſacrificare Dæmonibus (delectātibus maximè ipſis ſacrificijs, vt ſignis idolatriæ internæ hominis, auctoritate Mag. Io. Pauli Nazarij) cum illi Philoſophi opinarentur Dæmones, vt locatos in igne, atque

Cur. ſecūd. Pſellū, & Porphyr. Platonic.

In 1. p. ſū. D. Th. q̄ſt. 61. art. 2.

in

in ignem ſemper agẽtes excitare terræ motum, per quammagnum, & maximè perniciosſum; Neq; mirandum eſt, dicti enim Philoſophi arbitrabantur Terræmotus cauſas eſſe non naturales, quas alij ſupra naturam, alij ſupranaturales ſenſere. Noſtrates verò putarunt curationem Terræmotus, cauſati ob cauſas tàm nõ naturales, quam naturales, initi precibus ad D. O.M., aut ad eius Sanctos humiliter factis, vt eſt videre apud Lucium Magiũ, de Iuſtino Chriſtianorum Imperatore, ac de Theodoſio Secundo Imperatore, qui ob Terræmotum Byzãtij, ſaccho indutus, depoſita corona imperatoria, in publica ſupplicatione Sanctorum preces, & orationes, cum populo decantabat, ſub quarum fine erat Hymnus: *SANCTVS DEVS: SANCTVS FORTIS: SANCTVS IMMORTALIS: MISERERE NOBIS.* Quo Hymno abſoluto Terræmotus illicò ceſſauit. Secus autem procedit curatio ex vi naturæ, ſi Terræmotus producatur à cauſis ſimpliciter naturalib⁹, tàm vniuerſalibus, quàm Particularibus, tunc enim curatio conſiſtet in aperiendis omnibus Ciuitatũm cloacis, in conſtruendis crebris fornicibus, & ſpecubus ſubter ædificia. Quæ inſuper reddentur tutiſſima, ſi varijs trabibus hinc inde fulcientur; aut ſi erunt cubicula fornicata, concamerataq;. Enimuerò curatio Terræmotus per Analogiam in ipſo Microcoſmo, ſicuti non erit credendũ, quod omni ex parte adminiſtretur à Viris (teſte Magiſtro Sanaz.) Moralibus virtutibus ſimul, ac Heroicis præditis; perfecta corporis, & ſpirituũ ſanitate, vel temperamẽto

Cur Dæmones i cauſa terræ motus.

Terræmotus curat. ſecundum noſtrates.

Exemplũ Theodoſij ij. Imper.

Qñ Terræmot. ceſſauerit.

Terræmotus curat. in quo cõſiſtat.

Quomodo Aedificia reddantur tutiſ.

In a.p. ...æ. D.Th. qu. 114. ar. 4

donatis ; Quippe qui cenſeantur ſecundum quoſdam antiquos dictis ſimpliciter viris, ſubditam eſſe vniuerſam rerũ naturalium ſphęrã; Ex his .n. percipi forſitan poteſt aliquale morbi leuamen, ſed non perfecta ſanitas; & ſi quando contigerit hoſce viros ſimpliciter per Contactum, aut per Halitũ, aut per Sibilum, à morbo multos liberaſſe, necnon vulnera ſanaſſe, aut ferri ſpicula in corpus inflicta extraxiſſe, id euenit non illorum facultate naturali, ſed aut diuina virtute; aut quodam euidenti ſigno pacti cũ Dæmone ſaltem implicitè, ad obtinendam ſanitatem. Ita non erit admittenda curatio, exercenda à Medicis Iudæis, cum ſit vetitum (vti refert Bonifatius Vanozius) Sacerdotibus ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, & Laicis, excommunicationis pęna curari ab huiuſmodi Medicis ob cauſas iam adductas, præter illam Hæbreorum legem ALMVD. Quando autem ipſis Iudæis eſt à Superioribus conceſſa medendi facultas, FACVLTAS eſt ſemper cum hac limitatione, vt ipſi non poſſint pharmaca proprijs manibus (neq; proprijs ædibus sẽtio ipſe) componere, neq; manipulare ex eodem Vanozio, cum Medici Iudæi vtantur non ſolum in medendo, ſed in alijs doctrinis acquirẽdis, arte NOTORIA, quam eſſe omninò illicitam, & penitùs à quolibet viro ingenuo euitandam teſtatur idem Nazarius, cum huiuſmodi ARS vtatur quibuſdam medijs pro ſcientiarum acquiſitione, pertinentibus ad pacta expreſſa cum Dæmonibus. Huic poſtmodum arti NOTORIAE ſtudent mulieres IBERNAE omnes,

Gẽtilium opin. erga hoĩes pd. pſ. ſanit.

Quicunq; ſanẽt ſimpliciter p Contactũ, vel Halitum, vel Sibilum.

l. 3. Suppell. num. 1727. fol. 311. & 312.

Hæbr. cõced. medẽdi facul. cũ limit.

l. 3. Supp. nu. 1732.

Mos Iud. in ſcientijs acquir.

in 1. p. sũ. D. Th. qu. 114. ar. 4

omnes, vti ſcriptum reliquit Io. Ant. Maginus; *in deſcript. Iberiæ.* idq; fit cum ſingulæ ſint Veneficæ, ac omninò MAGAE, habeantq; pro ſingulis morbis veneficia prompta, & valida. Neq; fides præſtanda eſt Medicis Dogmaticis, Empiricisúe ob cauſas adductas. Huiuſmodi igitur curatio *fol. 244. n. 12. 13. et 388. n. 6. et 7.* erit inſtituenda à Medicis verè rationalibus, quorum conſuetudo (vt fert mea opinio) conſiſtit omninò præter alia, iam enarrata, in conſiderandis Microcoſmi ægritudinũ cauſis, alioquin cõtinget vel nulla ſanatio; vel illud prorſus, quod ſuprà ſignificauimus. *cap. 8. fol. 36.* Quamobrem ſi proueniant Microcoſmi ægritudines ſecundum Analogiam à cauſis externis; hæq; cenſeantur eſſe non naturales, Tunc nullo pacto eſt ad Deos Gentilium confugiendum, vti legitur de Ochoſio, Samariæ Rege, qui cum in quadam ſua ægritudine potius voluerit confugere ad Belzebut, Accarinitorũ Numen, quam *4. Reg. 1.* ad verum Deum, Elias expreſſo Dei mandato, illi mortem prædixit: Sed Hippocratis præcepto, inuocandus eſt Deus, & ipſi ſupplicãdum, *lib. de Inſomn. cap. mihi 2.* nam ex eodem Hipp. Deo ſupplicare eſt decorum, & valde bonum; in quam ſententiam venit R. P. Stephanus Binettus, adducens exemplum Ezechiæ, *l. de Conſolat. ſpir. pro infirmis.* qui orationis gratia obtinuit à D. O. M. ſummæ valetudinis longitudinem, quamuis Eſaias, & Medici eius ſanitatem deſperaſſent. *l. 4. Reg. 10.* Additur Coſtantini Imperatoris exemplum, dum voluit LEPRA protinus ſanari; hoc idem eſſet cõſecutus ASA Rex (cuius *cap. 10. fol. 41.* iam meminimus) ſi voluiſſet ad eos, qui medicinam diuinitus faciũt, confugere, vti teſtatur idẽ

Binettus: quas ambas ęgritudines (prçter alias, de quibus ſuprà mentionem fecimus) licet proportionabiliter intueri, & fieri ob internum in viſceribus corporis humani motum, excitatum vel à flatibus, vel ab humoribus, vel ab vtriſq; ob difficillimas ipſorum in corpore humano tranſitiones, exituſq; propter meatuum anguſtias, & obſtructiones. Hoc idem obſeruandum in illis, qui ſunt maleficijs infecti; eſt enim opus diuinis nominibus, & ſacris, cum oĩs Dæmonũ poteſtas hiſce ſoluatur, & auertatur: Nõ opera igitur, neq; conſilio illorum vtendũ eſt, qui cũ Dæmonũ inuocationib⁹ (vt quidã ex Gentilibus præſtabant) procedunt per media ſuperſtitioſa in curandis hiſce morbis; qui etiam apud Hipp. erant ſatis noti, cũ ipſe affirmet: *MEDICVM OPORTERE NOSSE AFFECTIONVM NATVRAS, QVANTVM VIRES CORPORVM EXCEDANT, SIMVL VERO', ET SI INSIT IN MORBIS QVID DIVINI*; ideſt quid *DAEMONIACI*, vt interpretatur Andręas Cæſalpinus. Quomodo autem ex Faſcinatione morbi, quibus Dæmones interdum corpora intrahabitant, interdum extrinſecus affligunt, dijudicentur, & curentur, non eſt hìc tradẽdum, cũ nolim Microcoſmi motũ comparare, cum Terræmotu, producto ab hac cauſa non naturali, vt falsò ſentiebant antiqui. Inſpiciantur interim Andreas Cęſalpinus: Fr. Zacharia Vicecomes: Fr Hier. Menghns: Io. Colles: & Io. Bapt. Porta. Si autem fuerint Terræmotus in Microcoſmo cauſæ Naturales, ſed extrinſecæ (vniuerſales tamen, vti Cœlum) tunc

loco proximè citato.

Faſcinatorũ curatio rũ cauſa.

l. prænot. cap. mihi primo.

In comm. Hipp. loco prox. cit. Et cap. 5. de Dæmonum inueſtigat.

De Dæm. inueſtig.

In compl. art. exorc.

De Faſcinatione.

In ſua magia natur. lib. 8.

tunc opus eſt (vt inquit Gal.) procedere, & alterare per contraria cum graduum obſeruationibus, vt cap.28. fol.138. Cæterum ſi fuerint cauſæ particulares, tunc ſingulas ſingulatim quamprimum remouere, vt nos infrà diffusè tractabimus. Si verò Terræmotus cauſæ à nobis ipſis proueniant, ſintq; vel humorũ Multitudo, vel Prauitas (ex quibus iam dictus quaſi Terręmotus in Microcoſmo oritur, aut propter Canales qui in ea parte ſunt diruptos, aut propter vaſorum oſtia intercluſa, cum huiuſmodi humores exitum prorſus quæritẽt, & ipſis nullus, vel ſaltem difficillimus ſit exitus) tunc neceſſe eſt ſubita Euacuatione, aut Purgatione, & ſicut nulla humorum concoctio eſt ſecundum Hipp. expectanda, vbi materia ſuperflua turget, & vrget: ita neque vlla eſt ratio in huiuſmodi caſu habenda aſpectuum Lunę cum Sole, aut cũ Infortunis, vt innuimus in noſtro tract. de febre peſtif., & clariùs iuniores infrà docebimus: Poſt autem Euacuationem, & Purgationem cõmendat Gal., Balnea, Laxãtia, Corroborantia, & huiuſmodi alia; Non autem vllo pacto è contrà: Sicuti præſtant Medicorum vulgus, qui volentes obſequi diuitibus, eos (vt ſcriptum reliquit Gal.) peſſimè curant. Pręter Euacuationẽ, & Purgationem addenda eſt vnà cum Hippocr. ratio victus, qui num ſit futurus tenuis, & exquiſitus, an è contrà, docent Hipp. & Auicennas. An deniq; prius adhibenda ſit Purgatio, an verò Euacuatio difusè declaratur à nobis in tract. de febre peſtif. Longiùs etiam tradetur infrà. Hiſce poſtmodum animaduerſioni-

In comm. Hip. d. ... luia ... c.2.t.1. c.28.f. lib.2.c. 1. aphor. 22. Ad Emin. if. Capponum. l. 11. method. med. cap.16. Vndecon. ting. Medicor. error. 11. meth. med. c.16. 1. aph. 4. l.3.c.5.

Medici finis. l.9.de decr. Hipoc. & Plat. c.9. l.ad Thraſib. c.29. Quomodo mederi debeat. Not'ét iuniores.

ſionibus Medicus (cuius finis debet eſſe ſecundum Galeni mentem, non GLORIA, non LVCRVM, non AMBITIO, non VLTIO, quam innuit Cato Vticenſis ad M. Marcellum ſuum filium, de quibuſdam Medicis, GRAECIS, Romam proficiſcentibus, ſed ſola SANITAS ſemper medebitur TVTO, CELERITER, IVCVNDE, ſineq; DOLORE: Adhuc (& hoc maximi refert) horum Medicorum rationibus fidem præſtare gentes cogentur, ac de illis verè affirmari poterit, quod ab Eccleſiaſtico ſcribitur: *DISCIPLINA MEDICI EXALTABIT CAPVT ILLIVS, ET IN CONSPECTV MAGNATVM COLLAVDABITVR.*

In Terræmot. ſecr. vnum eſt Patientia. Patientia hieroglyphicum. Alterū ſecretum in Terræm. Terræm. quātū iter occupet.

8. Secretum autem in Terræmotu apud Pytagoram, arbitrantem Terræmotum euitari nō poſſe, erat PATIENTIA, quam poſtea Aegyptiorum more præſeferebat per Mulierem, ætate grauem, ſaxo inſidentem, collum iugo prementem, manuſq; ſurſum elatas pectori admotas tenentem, ſpinas nudis pedibus calcantem, atque dolenti, & afflicto ſimilem. Alterum autem apud recētiores eſt quamprimum diſcedere à Regione, Terræmotu concuſſa, & huius loci mutatio ſit per ducēta milliaria, vel ſaltem per centum, cum aliqui opinentur vltrà centum milliaria non præualere Terræmotum. Nos autem cum quibuſdam Chymicis, & Spagyricis, qui proprijs medendi rationibus innitūtur, arbitramur, ſecretum analogicè in Microcoſmi motu, vt in Terræmotu non fore vnum, neque duo, ſed multò plura, & diuerſa pro MICROCOSMI morborum cauſarum, ætatum, comple-

Cur ſecreta ſint diuerſa.

ple-

pIexionum, conſuetudinum, & temporum, varietate, ac diuerſitate in qualibet particulari ægritudine; ſit in figura Voluulus, de quo paulò ſupra; Quod ſi huiuſmodi affectus alteri acciderit ob flatus, vt Hip. innuit, Tunc illius ſecretum erit extractum carminatiuum, vt etiam oleum deſtillatum è ligno Fraxini, cũ in ſe habeat ad hoc ſignaturam, quod vtrunq; profuit Magiſtro F. Angelo de Galeſijs Ord. Prædicat. dum Voluulo propter flatus Cretæ laborauit. Sin autem euenerit ob vſum potionis perfrigidæ, vti euenit Cæſari de Prato Vallis, Tunc illius ſecretum fuit flos Aloes ſuccotr. ex inuentione noſtra: Adhuc extractum ex Hederę fructibus. Sin autem ob vſum ciborum PITVITOSORVM, vt iam contigit Ioanni de Schardes, Tũc per me eſt ſecretum Tartari butirum, paratum tamen, vt iubeo, cũ non ſufficiat agnoſcere ſimpliciũ ingredientiũ virtutes, ſed oporteat ſcire Adiuuantia, & Corrigentia, poſt hæc Modum parandi, & Doſim. Aliud eſt etiam ſecretum; ſcilicet vſus Aquæ Porrætæ nouæ, bibitæ quocunque tempore, ſed collectæ, Tunc temporis, cum Sol fuerit in Leone; aut eo tempore, quo maxime fuerit aliena à ſuſpicione cõmixtionis alterius aquæ. Sin propter PITVITAM à cerebro delapſam, & in inferioribus inteſtinis retentam; quam ob cauſam Magiſter F. Bartholomæus Galeſius Ordinis Seruorum, in huiuſmodi præter naturam affectum incidit, Tunc eius ſecretum fuit vſus Cotonei fumi, ſeu ſuffumigij (à Græcis Θυναῖον) Necnon Quercetani catholici. Sin ob aſſiduam ciborum

Volu. Tẽ cauſ. pl[illegible] vneq; lib. de flat.

Exẽpl. M. F. Angeli de Galeſijs

Altera voluuli cã ob potionem perfrigid.

Alia ob cibos pituitoſos.

Not. pp iuniores medicinæ incumbẽtes.

Alia ob Pituitã à cerebro delapſam.

Exẽplum M. F. Bartholomæi Galeſij.

rum

rum (& maximè pinguium) corruptionem, cuius cauſa quidam Condalmarius Venetus, paucis ab hinc menſibus, à Voluulo fuit quam maximè vexatus, Tunc eius ſecretum fuit Criſtallus Tartari ex inuentione noſtra; fuit Puluis ex viperis, captis, & præparatis, vt iam tradidi in meo tract. de febre peſtif. diffusè lib. 3. cap. 39. Sin propter obructiones ex fæcibus valde obduratis, de quibus Gal. Tunc erit certè ſecretũ, Cremor Aloes ſuccotr., vt etiam meâ experientia Maluæ Iuſculum, per plures tamen dies, ſumptum, ac interdum Pilæ plumbeæ deglutio. Sin propter inflammationem inteſtinorum tenuuium (ac præcipuè Ileos) vti obtigit Hieronymo de Lignis, Tũc eius ſecretum fuit Magiſterium Perlarum; adhuc à principio inflammationis ſanguinis miſſio ex brachij dexteri vena interna, foramine tamen anguſto. Sin propter inflammationem inteſtinorum craſſorum, ac præcipuè COLON, vt euenit Hortenſio Fabro ferrario, Tunc eius ſecretum fuit Syr. pro Inflammationibus ex inuentione noſtra, aromatizatus cum Sandalis citrinis, & per uigoratus cum ſale cicorij. Accedit ſanguinis miſſio (cum nullũ fuerit illi impedimentũ) ex brachij dexteri vena interna, foramine mediocri, potuiſſet etiam eſſe amplum foramen. Sin propter Virulentiam Gallicam (& de hac infrà eſt agendum) à qua plurimi opprimuntur, & noſtro medicamine ſanantur, Tunc eſt ſecretum (pluries ab alijs Medicis, & in multis expertũ) Gumma Gut, magiſterio noſtro præparata, cum ſpiſſamento infuſionis ſolutiuæ Roſarum: Modò

Alia ob ciborũ pinguiũ corruptionẽ.

lib. de loc. aff. c. 2. & lib. 3. de ſymp. cauſis c. 1.

Magiſterium Perlarum.

cap. 30. fol. 175

Modò Pillula ex Hidargiro ſublimato, ac in veſica rectificato (dominãte Mercurio) nec non ex Æris ſquamma rectificata in veſica (Venere prædominante) Modò Lixiuium illud Chymicum Aſtrologicum, quod deſcribit Ioãnes Colles. Sin propter Tuberculum in alterutro inteſtinorum, vti accidit Hieronymo Frobenio, & Margaritæ Imolenſi, Tunc ſecretum fuit Cremor Marcheſitæ ex inuentione noſtra, quem Marcheſitæ cremorem parandum curauimus in Voluulo, producto à tuberculo, tam in tenuibus, quam in craſſis inteſtinis. Sin propter venenum aliquod ſumptum, vt euenit Carolo Caluo Imperatori, cui quidam Medicus cubicularius ſub ſpecie medicinæ venenũ dedita opera exhibuit, Tunc ſecretum eſt calcanthi ſpiritus, paratus ſecundum noſtram conſuetudinem cũ noſtra aqua cordiali; eſt & puluis viperinus, vt ſupra. Sin propter Herniam inteſtinalem, græcè dictam ἐντεροκήλην, vt euenit Camillo Promo è Collegio Montiſalti Bononiæ, Tunc eius ſecretum fuit ſpiritus calcãthi cũ ſucco Sigilli Salomonis; ſed omnium præſtantiſſimum remedium fuit inteſtini quamcitiſſima reductio, ſenſim, ſenſimq; in ſitum naturalem, poſt quam reductionem maximè iuuit ceratum de Pelle Arietina, reformatum cum liquore illorum animaliũ, quæ naſcuntur ſuper Vlmos; ſi quis verò nolit vti cerato, apponat peziam illo animalium liquore cum oleo maſticino imbutam; perinde proderit, ſi poma folijs quercinis adnaſcentia in menſe Maio colligantur, & in vitris ſuſpenſa per ſe ad ſolem

Voluuli cauſa alia pp morbũ Gallicum.

L. de cur. Morbi Gallici c. 14.

Alia propter Tuberculum.

Marcheſitæ cremor paratus ſecundum nos.

Alia propter Venenum.

Exemplũ Car. Calui Imper. qui ob venenũ perijt.

Secretum contra venena.

Alia pp Herniã inteſtinalẽ.

in liquorem redigantur, in hoc etiam caſu iuuabunt puluere calcinatorum animalium eorum, quæ ſe ſe extendunt, & retrahunt, vti Teſtudo, Hirudo ſpinoſa, & huiuſmodi, ſecundum naturalis Magicæ ſignaturæ obſeruationes. Sin propter vulnus in alterutro inteſtino, vt contigit cuidam Antonio ex Oppido Gallaratę, Tunc eius ſecretum fuit vtriuſq; conſolidæ extractum ſecũdum mentem noſtram, in hoc caſu paratum; Non autem eſt vllo pacto admittenda illa aqua, cum quibuſdam verbis, & ſignis confecta, & in potum exhibita, nec non ſuper vulnus poſita, vti notat Ioannes Sckenz: quæ remediorum genera ſunt non ſolum ridicula, ſed à fidei Catholicæ dogmatib. aliena. Poſtremò ſi Voluulus ex alia cauſa contigerit, tunc ſecretum erit (vt ex ſupra traditis) diuerſum. Quod autem hìc dictum eſt de Voluuli ægritudine, id omne accipiendum eſt in qualibet ægritudine, ac præſertim in Podagra, cuius cauſæ omnes ſigillatim exprimentur infrà. Ex Relatis ergò vnicuique apprimè poteſt eſſe perſpectum, in quam magno errore verſentur tum profitentes ſimpliciter ſecreta; tum ſecretis aures præſtantes, cum ſit ſanciendum, ſecreta in vnaquaq; ęgritudine abſque animaduerſione illorum, quæ ſuperius diximus, eſſe penitus Nugas, Oſtentationes, eaq; intentione à pleriſq; Empiricis ſępè proponi, vt Medici eximij, aut à pleriſque nihili habeantur, aut ſaltem illorum ſcientiæ detrahantur, vel ne alterius remedia præter quam ſua pro morborũ curatione in vſum veniant; vendantq; forſitan, per-

Quæ animalia ſe ſe extendãt, & retrahant.

Alia pp Vulnus.

Secreti eiuſdam reprobatio.

In ſuis obſeru. med. l. 3. de excrementis.

Improb. et Approb. vtentium ſecretis.

perinde ac Circulatores, vt in dies per totum terrarum orbem obſeruatur.

9. Ex Amuletis, quæ antiquitus Tintinnabula, & Crepundia nuncupabantur, quippe quę operentur non Dæmonum opera (vt quidam ex recentioribus ſunt ſuſpicati, ſibi perſuadentes amuleta eſſe inutilia abſq; Dæmonum cooperatione) ſed tantum à proprietate, aut ſympatia; cum omnium ſententia ſit tenendum, aliquibus Lapidibus, Plantis, & Animalibus, ipſorumq; Partibus, inſitam eſſe virtutem naturalem nobis ignotam pro varijs morbis curandis: in ipſo perniciosiſſimo terræmotu, iuxta quoſdã Ethnicos, vnum ſemper fuit, ſubita appoſitio formæ propriorum Idolorum, quæ adorabant, erecta penes quatuor latera, mœnium Ciuitatis, quæ reſpiciebant Orientis, Occidentis, Auſtri, & Aquilonis partem.

Quomodo Amuleta operentur. *Andreas Ceſalp.* *Amuletũ in Terræmotu ſecũdũ Ethn.* *Quat. Mũdi region. Oriẽ. &c.*

At verò ſecundum Noſtrates inter Amuleta (vti refert Lucius Magius) Vnum erit, inſcriptio ſuper ſingula ædium oſtia CHRISTVS NOBISCVM, STATE.

Amuletũ in terram. ſecũ Phil. *Amuleta in terram. ſecũd. Noſtrates.* *Lib. 3. de Terram.*

Verumenimuerò ex Analogia pp Terręmotũ, productum quamcunq; ob cauſam in Microcoſmo Amuleta erunt Characteres illi, Litteræ, ac Signa, Trident. Cõſ. tẽpore vſu recepta, vt iam notauimus. Cæterum ſi contingat quaſi Terræmotus in eodem Microcoſmo ob cauſam naturalem, ſed vniuerſalem erit geſtatio lapidis Smaragdi, vel alterius lapidis precioſi, in quo ſit impreſſa figura Naturalis, non aũt Artificialis (ſic .n. vnà cum Mag. Nazario nullius eſſet virtutis.)

In trac. de feb. peſti f. fol. 77. *In 1. par. sũ. D. Th. qu. 114 ar. 4.*

Gemini, vel Leonis, vel Cygni, vel Perſei, vel alicuius alterius figuræ cœleſtis, ſecundum ægritudinum diuerſitates. Cęterum ſi huiuſmodi Terræmotus acciderit in Microcoſmo ꝓpter cauſas naturales particulares, tum extrinſecas, tum intrinſecas, tunc Amuleta erunt Lapides varij (de quibus particulariter Plinius, & Ariſt.) & varia Simplicia, eradicata tamen, & collecta interdum Luna, lumine, & motu adaucta; interdum ante Solis ortum; interdum æſtiuo tempore; interdum diuerſis Horis, Diebus, & Temporibus, vt apud Matthiolum, Dioſcoridem, & Leonhardum. Faciunt etiam ad hanc curationem Animalia diuerſa, eorumq́; partes ad partes malè affectas, vt apud Plinium, Ariſt. & alios cõmendatos ſcriptores. Hac tamen lege, & cautione, vt ĩ hiſce Amuletis nulla interſit ſuperſtitio, neq; incantatio, quinimmo neq; alterutrius ſuſpicio, cum in omnibus rebus ſit non modò abſtinendum à criminibus, verum etiam à criminum ſuſpicionibus.

L.37.Natur. Hiſt.
L.1. de lapidib.
De plãtis.
L.28. Natur. Hiſt.
Lib. 1. de Hiſtor. & part. animal.

10. Præſeruatio à Terræmotu erat olim, ſecundum quoſdam Gentiles, ſacrificiorum frequentia in ſuos Deos, cum putarent, Deos neminem deſerturos, dum ſuarum deitatum ſuiſſet cultor. At verò Præſeruatio à Terręmotu, ſecundum Philoſophos, eſt, tum habitare in ædibus altis ad ſummum ſexaginta pedibus, vti fuit olim Traiani edictum, ad Terręmotum euitandum; tum ſtudere, vt in primo ædificiorũ lapide ſit aſcendens, Taurus, aut Virgo; aut Capricornus, in quibus ſignis terreis ſit etiam Luna (præ-

Gentil. cõſuet. vt à Terram. præſeruarentur.
Philoſ. cõſuetudo ꝓ præſeruat. à Terręm.
Quid obſeruandum in ædif. rõne ſign. cæleſtium.

(præſertim lumine creſcens) cum Ioue, aut Venere, non tamen malè aſpecta à Saturno, nec à Marte, neq; ſit meridionalis deſcendēs in Scorpione; aut Piſce; neq; tandem coniuncta cum cauda Draconis. Sol poſtea ſit in Leone, ſi fieri poſſit, & nunquam in Aquario, neque in Libra, cum ibi ſit in ſui detrimento, & caſu.

Amplius attendendum, vt Domini Aſcēdentis (quando incipiunt ædificia conſtrui) non ſint vnquam combuſti, neq; retrogradi. Præterea animaduertendum, vt Saturnus (qui eſt ſuprà ædificia) non ſit in loco Primo, neque in Duodecimo, ſed in Secundo, diurnus tamen; vel in Quinto, ſed nocturnus; fugiendaq; eſt illius hora, vt etiam Lunæ, nō autem hora Iouis. Mars quoq; non debet eſſe in loco Tertio, aut Nono, neq; ſecundum alios in Secundo, neq; in Quinto. Sunt tandem in Terræmotus curatione, quædam notata, vbi ſunt varia remedia, accommodanda, non modò pro Curatione Microcoſmi à maximo illo motu, verum etiam pro eiuſdem Præſeruatione. Apud Medicos autem ad præſeruandum Microcoſmum à magno illo motu, ſunt obſeruanda partim ea, quæ ſuprà patefecimus: partim, quæ iam fuerunt tradita in meo tract. de febre Peſtif. vt quæ vſu continuo ſint animaduerſione digna, cuiuſmodi ſunt, Diæta (de qua Hipp. eſt locutus) Euacuatio, & Purgatio, quibus placet addere vſum frequentem Viperarum, ſeruatis tamen ſingulis conditionibus in vnaquaq; illarum ob plurimas dotes, quas ipſa viperina caro in ſe continet, vt diffuſè admodum,

Ratione Saturni.

Ratione Martis.

Quæ p cur. terræmot. hæc & præſeruat. poſſũt adhiberi.

Cap. 11. 14. 22. 27. 31.
Fol. 80. 88. & ſequen.
L. de ſalubri diæta, & à Diæta.

Cap. 38. & ſeqq. dum, & Doctrinis, & Rationibus, & Experientijs diuerſarum perſonarum in quolibet ſexu, ac *Cap. 23. & ſeqq.* ætate explicabo lib. 3. & lib. 5.

Cum autem Dietæ ſpeculatio ſecundum Hip- *Loc. prox. cit.* poc. maximè conſiſtat in Vino, Pane, & Opſonio, propterea me remitto ijs, quæ in tractatu de *Fol. 3. 61. 48. 56. 75. 76. & 88.* febre peſtif. ſcriptis mandaui, laconicè tamen, & quæ particulariter longo temporis ſpatio notaui, & obſeruaui, ac maximè, vbi aliquibus apparuerunt ſigna, morbos futuros indicātia. ibid.

Fol. 61. 65. & 82. 1. aph. 3. Euacuatio poſtea nunquam omittenda, quotieſcunq; aderit, ex Hippocr. ſententia, corpus Athleticum. Purgatio deniq; à me plurimùm commendatur ſingulo octiduo ad ſummum, vndecimo quoq; die, vel certè decimo quinto, aut intermedio: Ecquid, ſi alternis diebus, ac forſitan ſingulis? abſq; tamen corporis Agitatione, aut Labore, id quod fiet interdum abſq; medicamentis; interdum ipſis medicamentis, etenim in *Cur crebrę corp. expurg. ſint facienda.* qualibet Concoctione nunquam non fit aliquid ſuperflui (ne dicam perputridi) quod neceſſariò eſt è corpore quamprimum foras educendum; vt ne huiuſmodi ſuperfluitas in ſummum aſcendat, ſic enim corpus humanū ſeruabitur purum, & mundum, neq; inquinabitur, Hinc varia ægritudinum genera, quę in Microcoſmi motu ad terræmotus ſimilitudinem cauſari poſſent, prohiberi ſolent, qua occaſione euitabuntur fonticuli, prohibentes diuerſorum Humorum, & vaporum collectionem, nec non ſenſim dimittētes per huiuſmodi aperturas è corpore, tum vapores, tum humores vitioſos, & excrementitios: vt

ex ipſa experiĕtia, ne dum ex varijs rationalibus ſcriptoribus conſtat. Hìc autem notabitur propter Medicinæ Studioſos, quod huiuſmodi cathartica non debeant fieri (vt præſtant nõnulli ex recentioribus, magis Empyrici, quam rationales) virtute medicamentorum eorum, quorum ingredientia ſint, vel Antimonium, vel Mercurius (medicamenta tantoperè approbanda, intrinſecè tamen, in febribus Peſtiferis, vt iam cum cauſis demonſtrauimus) vel Elaterij, vel Scammonium, vel vtriuſq; ſpiritus, vel Diagridium (quibus ipſe vtor, maxima tantum neceſſitate, vbi conducit quorundam humorum prauorum eductio) vel aliquod aliud medicamentum, cui aliqua malignitas inſit, Auicennæ teſtimonio.

Not. dig. pp medic. ſtudioſos.

Quæ medicam. approben. in feb. peſtif. in tract. de feb. peſtif. fol.

L. 1. f. 4. doct. 5. c. 9

Ethiologia eſt, nam huiuſmodi medicamentorum genera (tametſi modica) ſunt naturæ humanæ inimica, cum ex ipſis detrimentum non mediocre percipiatur ab ipſa natura; vt apertè ſcriptũ reliquit Galenus, etiam ad mentem Hip. acceditq; opinio Dioſcoridis, & aliorum.

Lib. de ijs, quos pur. opor. c. vl.

Amplius Humores abſq; illorum purgatione agitant, & commouent, Commouentq; cum labore (ſaltem inſenſibili) partium, præcipuè naturalium, vt deprehenditur apud Auic. Tandem ſunt è numero illorum, quæ in venenum facilè conuertuntur, ſicuti Galenus fidem cumulatam facit. Hinc breui temporis ſpatio Febres; Catarrhi; Epilepſiæ; Apoplexiæ; Surditates; Dolores ſtomachi; Dyſenteriæ, aliaq; morborũ genera. Vtendum itaq; extrinſecè vnguento de Arthanita, non minori (vt quidam perperam præ-

L. de vict. ratione in morb. acu.

L. 6. c. 32.

L. 1. f. 4. doct. 5. c. 3

Lib. de ijs, quos pur. opor. c. vl.

Quo medicam. vten. pro pſeru.

His ita generaliter præmiſsis præſtat ad tituli rationem adnectere nonnulla, quę ad vocem; & Eſſentiam ſomniorum pertinent. ad ſomniorum quidem vocem, nam inſomnium (dictio, varia ſynonima recipiens) nuncupatur ab Ariſt. ſomnium; à Plinio autem tum ſomnium, tum viſa nocturna; cæterum à Cardano modò Imago nocturna, modo Expertum, à quibuſdã verò alijs & viſum; & viſum per quietem; & viſum per ſomnum. Ad eſſentiam verò ſomniorum (vt vt eſt) nos exiſtimamus inſomnium eſſe quoddam phantaſma, ſeu facultatis ſenſitiuæ paſſionem, nõ in vigilia, ſed in ſomno, & perceptam per quietem ob illa, quæ ſecundum Ariſt. in nobis ſunt: quę inſomnij definitio deſumpta eſt ex Ariſt. & Gal. doctrina. Licet autem per quietem illa phantaſmata facultati ſenſitiuæ occurrant, non tamen putare oportet, ea ita in nobis obuenire, vt in illa ſpirituum requie animus omnino, & per ſe cõquieſcat: quod .n. per ſe mouetur, perpetuò moueri neceſſe eſt; nec vnquam quieſcere, vel ex ipſius diuini Platonis Philoſophia didicimus; vndè rectè philoſophantur veri, & chriſtiani ſapien-

l. de inſomnijs.
l. de ſomnijs, & de diuin. per ſomniũ.
ſomniorũ ſynonima.
Somnij eſſentia.
Cur ſomnia.
Locis citatis.
De dignot. ex inſomn. cap. 1.
l. 29. de anima.

pientes humanam hanc animam in hac noſtri corporis ἐντελεχεία perenniter ſe moue-
Cur aĩa immort. re,& cum nunquam quieſcat,immortalem, ac omnis corruptionis expertem eſſe, neq;
Dial. phęd. ſeu de aĩa. ſolum Plato hanc mordicus tenuit ſententiam, quin & ipſe Ariſt. pluribus in locis eam confirmaſſe apertè videtur, vt copioſè, ac diſtinctè videre erit in hac tabella, quam facilioris doctrinæ gratia lectori hic
Auctoris excuſatio. lubuit proponere: ſed velim putet candidus lector illud à me nō perperam factum, vt (de inſomnijs agēdo) voluerim huic tra-
Cur de aĩa immortalitate. ctatui admiſcere, quæ immortalitatem animæ aſſererent; id enim factum eſt à me hic loci, tum, vt morem gererem vero primario, cuius imperijs reluctari nefas eſſe ducebam: tum etiam vt in hac non incongrua materia aſſererem philoſophum Peripateticorum principem contrà nonnullos impiè de eo ſentientes, illum verè animæ immortalitatem pluribus in locis tenuiſſe, vt dixerim impium ab hac opinione diſſentire.

Sunt igitur Ariſtotelis auctoritates, demonſtrātes animæ humanæ immortalitatem, variæ, ſuntq; partim de anima. D.

Con-

- D. Conſiderata vel
  - Abſolute, & tunc vel
    - Generatim, & vel
      - Confusè, & non expreſsè l. 10. Ethic. c. 2. ¶ 1. polit. c. 2. ¶ l. 2. de part. animal. cap. 10. ¶ l. 4. de part. animal. cap. 10.
      - Diſtinctè, & expreſsè lib. 1. de anima tex. 65. 66. ¶ 3. de anima tex. 12. ¶ lib. 10 Ethic. cap. 7. ¶ 2. Top. cap. 25
    - Speciatim, & vel de intellectu
      - Agente l. 3. de anima tex. 19. 20. 25.
      - Poſſibili lib. 3. de anima tex. 6.
      - Vtroq; l. 3. de anima t. 19. ¶ 1. de part. animal. cap. 1.
  - Secũdũ quid: & tunc vel penes animæ
    - Ortum l. 2. de Generat. animal. cap. 3. ¶ 1. de anima tex. 65.
    - Exiſtentiam in corpore; & vel
      - Genericè, & vel
        - Confusè lib. 3. & lib. 9. Ethic.
        - Diſtinctè 1. de anima tex. 49. 65.
      - Specificè lib. 3. de anima tex. 6.
    - Separationẽ à corpore, & tunc vel in
      - Genere lib. 2. phyſ. tex. 26. ¶ 2. de generat. animal. cap. 3. ¶ 1. de anima t. 13. 71. 90. ¶ 2. de anima t. 21. ¶ l. 8. Metaph. t. 3. ¶ l. 12. Metaph. t. 17.
      - Specie lib. 3. de anima tex. 7. & 19.
    - Superuiuentiam poſt ſeparationem l. 2. poſt cap. 6. ¶ 1. de anima t. 66. ¶ 3. de anima t. 20. ¶ 1. Ethic. cap. 10. 11. ¶ 29. problem. 9.

Ex iſtis in tabella relatis Ariſtotelis locis, quibus manifeſtò conſtat, non aliter philoſophum cenſuiſſe, quám quod à viris ipſis vniuerſim creditur, facilè eſt ratiocinari, quantum illi homines allucinentur, qui de mente Ariſtotelis in hac ſententia vacillant, nec audent indubitanter aſſerere, Ariſtotelem perſpicuè rationalis animæ incorruptibilem eſſentiam tenuiſſe.

Interp. verbi p̃mõſtr. Verum reuertamur eò, vnde digreſſus eſt ſermo noſter, dictum eſt in titulo (ſomnia præmonſtrare) i. ſignificare, patefacere, ſeu indicare, tum præſentia, quæ à Gal. *l. de diuin. ex inſomn.* exprimuntur per ὕπνια, tum futura expreſſa ab Hipp. τὰ ἐνύπνια. *l. de inſomnÿs.* Dicta poſtmodum dictio (præmonſtrare) habet locum, locumq; præcipuum in eo, cui antea nihil vnquam ſomniatum ſit, nam huiuſmodi ſomnia in ſimilibus viris indicant corporis habitum, ex Ariſt. *30. pbl. nu. 13.* omnino mutari; bonum quidem in malum, puta ſanitatem in ęgritudinem, ac etiam quãdoq; præſagire mortem, hoc etiam fuit obſeruatum à Card. *lib. 4. de inſomn.*

Interpt. & Quæ. (Et Quæ) i. cuius qualitatis debeant eſſe illa inſomnia, quæ præmonſtrent naturam cauſarum, podagram producentium,

eſt

eſt .n. certum, quod inſomnia modò contingunt ex cogitationibus antecedẽtibus, quarum imagines conſeruantur in phantaſia: modò contingunt (dum fiunt) mente ſedata, & nobis ſimplici ſomno ſopitis: hæc .n. maximè procedunt ex qualitatibus humorum, vel ex copia eorumdem, quorum fumoſitates aſcendentes ad cerebrum ſomnum efficiunt, & pro vt ipſæ fumoſitates affectę ſunt, ſpectra, & inſomnia producũt, cauſatum enim eſt eiuſdem naturæ, ac eius, à quo cauſatur. (Addidimus naturam cauſarum) .i. cauſas, tam internas, quam externas, in illis tamen, qui agunt plures annos, quam quatuor, nam ex Ariſt. tunc fiunt inſomnia (quorum omnium materiæ ſunt imagines) quando alicui incipiunt viſa, ſeu inſomnia; hoc autem non accidit antè quartum, vel quintum annum Ariſt. ibidem. Contrà verò Ariſtotelem eſt Plinius ſibi perſuadens, quod infantes ſtatim ſomnient, cum expergiſcantur pauore, & ſuctum imitentur. Hiſce autem inuicem contrariantibus opinionibus arbitrarer poſſe hoc pacto ſatisfieri, & ideo tantæ doctrinæ viros concordes reddi: Somnia

Vndè inſomnia.

Interpr. nat. cauſarum.

lib. 4. de Hiſt. animal. c. 10

Inſomniorum materia.

Dubit. lib. 10. Hiſt. c. 75.

Contradictioni reſpõdetur.

Somniorum diſtinctio. nia bifariam conſiderantur; ſi.n. conſiderantur ſecundum propriam illorum naturam, tunc vnà cum Plinio aſſerendum infantibus accidere ipſa inſomnia: ſin autem perpendantur ſecundùm nos, conſiderantes, ſomnia relata ad rerum phantaſmata, & imagines, tunc non antè quartum annum inſomnia contingunt, & ita proſequimur philoſophi opinionem. *lib. 4. de hiſt. animal. cap. 10.* Animaduertimus etiam, quod non ſolùm non ſomniant infantes ante quartum, vel quintum annum, ſed etiam, & grauiter, ſeu ſuauiſſimè dormientes, nihil omnino ſomniare experimur; huius rationem tetigit philoſophus (ni fallor) dum præſefert, ſenſus, & *30. pbl. nu. 13.* intelligentia hominis tunc ſuo offitio fungi dicitur, cum animus tranquillatur, & *Ex Plinio l. 5. cap. 8.* quieſcit, ſic etiam Atlantes populi ſomnia non viſunt; & qua de cauſa? non quidem arbitrarer ob illorum ſuauitatem in dormiendo, ſed propter carentiam memoriæ ſingulorum, cuius rei cauſa inter illos nulla eſt nominum appellatio. Tandem ſomnijs carent illi, qui dormiunt cubitu non ſupino (hi nanq; maximè ſomniant) *Ibidem.* ſed prono, teſte Plinio. Poſtremo additur

turin tituli inſcriptione (cauſarum podagram producentium) ideſt originum earum, quæ podagram efficiant, ſeu cauſent ac omnino indicent, vel (vt melius cum Galeno dicam) coindicent. Expedit modò, vt exhibita verborum tituli declaratione, deſcendamus ad quæſtionis exagitādæ dilucidationē, vt videamus vtrinq; quidnam formari debeat in dubio, quo cōtrouertitur An inſomnia, & Quæ, pręmonſtrent naturā cauſarū podagrā producētiū.

lib. 28. hiſt. c. 4. interpr. cauſarū podagr. produc.

PRO PARTE NEGATIVA. Ex auctoritatibus vna eſt Alberti Magni, eiuſq; ratio eſt, nam inſomnia (tanquam profetiæ futurorum) applicata ad imagines fiunt illuſiones. Altera vero eſt Dogmaticorum (vt refert Gal.) ſpernentium ipſa inſomnia perinde, ac Auguria, Portenta, omnemq; Aſtrologiam, cum ex ſenſu, & per ſenſum omnia, quæ fieri videntur, in nobis facta eſſe dicant. Præter hoſce auctores extat Pitholaus, & Menodotus Empiricus, quorum meminit Gal. ſi quidem arbitrantur inſomnia eſſe confuſa, & mentiri, cum imaginum occurſu procreentur, & tunc illa ſpectantur, quæ deliberamus, id quod aman-

Auctoritates in 3. de aīa tr. 1. ca. 34.

1. de naturalib. fac. c. 12

l. de præcogn. ad poſth. c. 11.

amantibus euenit, qui ſibi per ſomniũ amicas tenere vidētur. Ex rationibus aũt erit.

Rationũ prima.

Prima ſi ita: ergò inſomniorum obſeruatio eſſet licita, p Hipp. doctr. l. de inſomni js; ſed conſequens eſt falſum: ergò, & cæt. Aſſumptum ex Benedicto Pererio.

De obſeruat. ſom. quæſt. 1. & 7.

Ratio ſecunda.

Secunda autem, nullum, cui fides non præſtatur, præmonſtrat naturam cauſarum podagram producētium; At inſomnia ſunt illa, quibus præſtatur non fides: ergò, & cæt. Maior à Galeno. Minor ex Cæſare Merlo.

lib. 9. de decr. hip. & Pl. capite 1.

Tertia; inſomnia ſũt caſu facta, ex Themiſtio de diuinatione: ergò, & cæt. Conſequentia probatur per tradita à philoſopho, lib. 2. phyſ. in tr. de caſu, & fortuna.

l. de inſomnijs.

Ratio 3.

Per ſomnia c. 4.

Quarta deniq;, inſomnia poſſunt recipere duo ſignificata ſimul, abinuicem contraria. At quæcunq; poſſunt recipere duo ſignificata, ſimul abinuicem contraria, non poſſunt præmonſtrare naturam cauſarum podagram producentium: ergò, & cæt. Maior, ſecundo loco expreſſa (Græcorum more) probatur ex hoc, nam de vnoquoq; verum eſt affirmare, aut negare ex Ariſt. Minor, autem probatur ex Cicerone, vbi legitur, fertur quondam duos inuicem luden-

Græcorũ conſuet.

De diuinat. ex inſomn.

détes iuuenes, vnum ex illis ſomniaſſe vehi curru, ducto à quatuor velociſsimis equis, cuius rei interpretatum cum quæreret, ab Ariolo ſibi reſponſum fuiſſe (aiunt) victorem ſe remanſurum in quodam Romanorum ludo, id.n. perbellè denotabatur ab equis, victoriæ ſymbolis; ſed cum hac in re ſibi non ſatisfieri crederet, voluit conſulere alterum ſomniorum interpreté, cui, cum narrauiſſet ſomnum, reſpondit, quatuor illos equos ſignificare, quod à quatuor ſuis æmulis curſoribus victus remaneret in illo ludo. Alterum etiam ab eodem auctore narratur exemplum de quodam Romano, qui cum ſomniaſſet ſe mutatu eſſe in Aquilam, cuius ſomnii interpretationem cum ille quæſiuiſſet, enunciatum fuit, per Aquilam denotari victoriam; Sed mox ab altero ſomniorum interprete, diuerſum reſpóſum retulit, nempè, quod ipſe vinceretur: ſic apparet quam vana, & illuſoria ſint inſomnia, ex quibus audentes indiſcriminatim deducere in rebus ipſis neceſſitatem, & ſingularum ſuarum actionum normam ex dictis ſomniis, moderantes, diuinæ prouidentiæ maximam faciunt iniuriam, non

Somniũ de 4. eqs currẽti-bus.

Exẽplũ alterũ.

Somniũ de homine cõuerſum in Aquilũ.

ideo vllo pacto ſunt aures præſtandæ Mahumeti cultoribus: qui ſomniis maximam fidem præſtant. Neq; antiquis illis Romanis, quorum neminem olim pudebat ſe fateri ſomniorum obſeruatores, ac interpretes, illa ſe ſe tanquam religioſa colere, vt proinde dicta ſomnia ponerent inter imperii monumenta, ſic in cõmentariis Luculli, Sylla enunciat, NIHIL CERTIVS, NIHIL CREDI DIGNIVS, QVAM QVOD PER SOMNIVM FVERIT PRAESAGITVM, ex Pio Mutio: Neq; tandem vlli, qui audeat (dum ſomnia interpretatur) futura dicere, tanquam vera eſſe habenda: & ſi cui forſan ſit aliquid credendum, MEDICIS nomine, ac re tantũ; vt etiam ILLIS, quorum diuinatio eſt naturalis, cum maxime cõſiderent hominum complexiones, corporum humanorum ſtatus; & quæcunq; ad corporis humani conſeruationem, præſeruationem, & curationem ſpectant.

In com. Cornelÿ Taciti.

Cui ſit credẽda inſomn. interpt.

Cęterũ non eis, quorum diuinatio eſt artificioſa, & (vt melius dicam) ſuperſtitioſa, cum hi dent operam ad artes vanas, ſicuti faciunt illi nugiuenduli Arioli, quos ad illudendam credulam plebem, & in mendaciorum barathra inducendos, homines exci-

cita-

citauit ab inferis malus Dæmon. Alii iactãt falsò, ab Orco manes euocare, qui futura reuelent,& iſtos νεχρομάντας. Græci vocant,

Alii ad artem illuſoriam accerſunt elementa, vt, quæ ventura ſunt, præuideãt. Ignem quidẽ πυρομαντικοὶ. Aquam ὑδρωμαντικοὶ. Aerem ἀρεομαντικοὶ. Terram γεωμαντικοὶ. Alij ex variarum corporis humani partium inſpectione volunt eadem hominibus præmõſtrari. Qui delineationes Manuum conſiderant χειρωμάντας dicunt Grẹci: qui Frõtis,& Faciei lineamenta ad præcognitionem venturorum penſitant μεταποσκοποῦς, vocant. Deniq; infinita ſunt genera iſtorum illuſorum, quibus facilè volumen repleretur: ſunt qui per Herbarum inſpectiones etiam agunt, βοτανικοὶ, vulgò dici conſueuere; ſunt qui per Cribrorum viſionem, & κοσκινομαντικοῦς gens græca vocat: vti per viam Speculorum κατιοπτωκοῦς, & per Fumos, aut vapores καπνομαντικοῦς. Sed hæ omnes diuinationis ſpecies, fallaces ſunt, & illuſoriæ, ac erroribus plenæ; Nec enim homini datum eſt à Deo munus, futura præſciendi: vnde illud tritum Virgilij carmen.

Diuinationum ſpecies.

Improbatio diuinationum ſpecierum.

Gg 2 Ne-

Neſcia mens hominum fati, ſortisq; futuræ.

Et in ſacris paginis multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo pacto ſcire poteſt: Abeat igitur Alb. Magnus, dum cum ſuis lapillis, quorum virtute futura præſciri poſſe memoriæ prodit, vt patet de Alabaſtrite, lapide candido, cuius virtute fit plena inſomniorum interpretatio: Abeant Augures cum ſuo auium volatu, & Garritu, nec non ventis, ac Fulminibus. Abeant demum Aniles illæ aruſpicum in extorum diuerſitate obſeruationes, ab Hetruſcis ad Latinos deductæ, quæ omnia ſub anathematis vinculo ſanctio Eccleſiaſtica meritò damnauit, atq; interdixit.

Impbatio Alb. Magni.

De Alabaſtrite lapide.

Impbatio Augurum.

His ita pro negatiua parte relatis, ſubijciamus auctoritates, & ratiocinia, quæ alteram oppoſitam ſententiam ſuſtinent: inter varias auctoritates, eſt Hipp. & Gal. varijs in locis, præter Arabes, & nonnullos latinos. Iſtę poſtmodum productæ auctoritates confirmabuntur ab his tribus rationibus, quarum ſanè in ordine erit.

Pro Affirmatiua parte Auctoritates.

Ex rationibus prima.

Prima, ſomnus præmonſtrat naturam cauſarum podagram producentium: ergò, & inſomnia. Antecedens probatur, ex Hipp.

Hipp. 4. aph. & 28. ſi quidem ex ſomno capiuntur indicia ſuccorum redundantium in corpore humano. Conſequentia probatur, per regulam illam apud logicos propter quod vnumquodq; tale, & illud magis; cum itaq; ob ſomnum fiant inſomnia, ſequitur igitur, inſomnia debere ſequi naturã ſomni. Accedit quod ſomnus, & inſomnium ſunt inter ſe vnum, & idem, cum cõueniãt vni tertio, id quod eſt de natura eiuſdem apud Ariſt. hocq; tertium eſt, præmonſtrare ſuccos in corpore humano redũdantes ex Hippocrate de inſomniis, & Galeno. *Quanã ſint eadẽ inter ſe.* *1. topic. cap. 6. lib. 2. de ſanit. tuẽ. c. 2.*

Secunda, inſomnia prẹmonſtrant naturam cauſarum ſanitatis Podagricæ; ergò inſomnia præmonſtrant naturam cauſarum podagram producentium. Probatur cõſequentia ex hoc, nam cõtrariorum eadem eſt doctrina ex Ariſt. Antecedẽs verò, nã in ſomnio videre acutè illa, quæ ſunt in terra, & maxime in terra leui, & probè culta cum arboribus florentibus, & fructuoſis non determinabitur huiuſmodi inſomniũ polliceri ſomniantibus opes ingentes, aut sm̃ Aegyptios fortunæ bona, ſed vnà cũ Hipp. præmonſtrabit naturam cauſarum ſanitatis, *Argumẽtũ ſecũdum.* *lib. 2. de interpr.* *Quid ſignif. ſomnium de terra cũ arborib.* *l. de inſomnÿs.*

tis, cum videre in inſomnio terram probè cultam, cum arboribus fructuoſis indicet optimam menſuram caloris, frigoris, humiditatis, & ſiccitatis in corpore humano.

Somniū de Sole, Luna, & alijs ſyderibus. l. de inſomnijs.

Amplius videre in inſomnio, per Solē, aut Lunam, aut Sydera pura, & agilia, vt etiam ipſa excidere ex circunferentia (ſint tamen pura, & ſplendida) præmonſtrabitur vnà, cum Hipp. natura cauſarum ſanitatis in ipſo inſomniante, quandoquidem videre dicta ſydera in ſomnio ſignificat ſomniantis ſymmetriam (quæ eſt ſanitas ex Gal.) nec non humores inter ſe moderatos ex æquo, nō autem vllo pacto humorum maiorē, aut minorem copiam, neq; commigrationem in ſedem alienam, ac interdum affectus in corpore humano toto genere bonos, & corpus humanū bonis morib⁹ ſat ſuperq; ꝑditū.

1. & morb. vulg. c. 1. t. 1.

Inſomn. de itinere; vt de curſu ſuper equū album.

Tandem in inſomnio facere iter ſecurum, aut etiam currere ſuper equum (maximè album) vt pluries obſeruauimus, prædicit in omnibus partibus noſtri corporis bonam valetudinē; præmonſtrat .n. vtrūq; inſomnium iuxta temperiem quatuor qualitatum in partibus ſimilaribus, nec non in vniuerſo corpore ſanitatem, quā vnà cum

Gal.

Gal. affirmamus non eſſe abſolutè illorum elementorum, ex quibus conſtamus; aut medium temperamẽtum dictum ἰυκρασίαν, aut debitam conuenientiam, per συμμετρίαν expreſſum, ſed eam duntaxat ſanitatem, quæ eſt ſingularũ noſtri corporis partium, & illam dumtaxat, quæ ſpectat ad ſummũ corporis habitũ, à græcis expoſitũ p̃ ἰυεξίαν. *lib. 1. de ſan. tuẽ. cap. 4.*

Tertia deniq;, inſomnia præmonſtrant naturam cauſarum producentium omnes morbos, ergo inſomnia præmonſtrant naturam cauſarum producẽtium podagram, quę eſt è numero morborum: ex Auicenna. *Argum. tertium.* *l. 1. f. 2. doctr. 3. cap. 2.*

Conſequẽtia quidẽ probatur per tradita ab Auerroe; neq; mirum, nam totum non eſt aliud, quam partes, vel ſaltem partium congregatio: additur quod ſicut alicuius probatio ex parte ad totum, eſt inualida, cum ſit propria Sophiſtarum; ſicut etiã, vti æquiuocationibus, ambiguitatibus, & huiuſmodi dictionibus, quarũ meminit Ariſt. ita probatio ex toto ad partem erit valida, eoq; magis, quod totũ habet modum complementi; at pars modum incompleti, ex Alexandro de Ales. Antecedens ex hoc probatur, nam inſomnia præmonſtrant in *in cõ. Ar. 1. phyſ. t. 15. & 4. phyſ. t. 93.* *Elench. l. 1. c. 6.* *l. 5. diu t. 29.*

mor-

morbis cauſas omnes, nimirum modò Primitiuas, modò Antecedentes, modò Coniunctas, vltrà quas cauſas nulla alia datur in morbis, neq; etiam in ſanitate, neq; in diſpoſitionibus ſecundum Auicennam.

l. 1. f. 2. d. 2. c. 1.

Quod autem inſomnia præmonſtrent in morbis cauſam Primitiuam, ſeu externam, traditur ab Hippoc. vbi ad litteram legitur, in inſomniis videre res nigras in cælo, vel impuras, vel deniq; non conſpicuas, ſignum eſt non luctus in propria domo, neq; alicuius infortunii in eadem, vti opinarentur Gymnoſophiſtæ apud Indos, ſed eſt ſignum morbi propter cauſam aliquam forinſecus inductam, ex Hipp. ſiquidem huiuſmodi inſomnia præmõſtrant in corpore humano ęgritudinem, cauſatam ob aliquod animi accidens, nempè, vel ob męrorem, vel ob iram, vel ob aliquod aliud animi accidens à nobis traditum ſuprà.

l. de inſomn. *Somniũ de rebus nigris.* *l. de inſomnijs.* *Ibidem.* *Animi accidentia c. 20.*

Adhuc ſi quis ſomniauerit Solem, aut Lunam lædi ab aere, aut à nebula, tunc ex Hipp. exiſtimanda eſt aliqua ægritudo cauſata propter aerem, de qua nos ſuprà.

l. de inſomnijs.

Tandē ſi cuius inſomnium diurnis actionibus aduerſetur, & de ipſis pugna oboriatur

tur

tur: tunc tale ſomnium teſte Hipp. præſefert turbationem validam in eiuſdem corpore, ob crapulam, aut etiam ob aliquam, non perfectam euacuationem, vt Hippocratis interpretes obſeruarunt, cum pugnæ internæ ſomnium ſoleat ex Actuario innuere humorum inæqualitatem, vnde ipſorum quantitatem nimiam, cum qualitate coniunctã, ac interdum ſpus flatulentos.

l. de inſomnijs cap. 3.

De ſpirit⁹ animal. naturis.

Quod autem dictum eſt de inſomnijs, reſpicientibus cauſas externas omniũ morborum; ita iudicandum velim de cauſis eiſdem in ipſa podagra; & ita dicetur etiam de cauſis internis, tum vniuerſalibus; tum particularibus: ſeu quæ reſpiciunt omnes morbos; ſeu quæ referũtur ad ipſam podagram.

Inſomn. omnium morborũ referẽda ad Podagram.

Quod poſtmodum inſomnia præmonſtrent cauſas morborum internas, ſed antecedentes præcipuas (quas ob præſentem tractatum ſtatuo intemperiem, tum Cerebri, Cordis, Hepatiſq;, tum Ventriculi, ac Lienis, tanquam terminorum, à quibus in ipſa Podagra: tum Pedum, vt qui ſint termini ad quos (omittens interim partes per quas, de quibus iam tractauimus) ſic demõſtrari poſſe arbitror, ex Hipp. & Gal.

cap. 27. f. 136.

Si quis vix ſe ipſum mouere, ac oppreſſionem, ſeu anguſtiam ſomniet; tunc cerebrum: aut thoracem ab humorum copia grauatum vexari teſtatur Gal. Cæterum ſi quis ſomniauerit ſe videre, cælum moueri (non quidem circulariter) ſed ſurſum, tunc ſignificabitur fluxio à capite, ob calidiorem cerebri intemperiem, ſiquidem propter motum nimium fit calor alienus ex Gal. Hoc confirmo exemplo Andreæ de Cennis, qui ob calidiorē eius cerebri intemperiem talia ſomnia ſæpè faciebat, & ſingulis annis paulò ante ver à Podagrico morbo affligebatur. Sin autem quis per ſomnum viderit, Lunam extingui, aut non conſpicuam, necnon ſibi compluere, ſitq; Imber, aut Nembus, non calidus, præſignabitur fluxio à capite ob frigidiorem cerebri intemperiem, vt obſeruaui in Sacra Virgine, quæ ſolebat hyemis principio de podagra conqueri, & antequam in podagram incideret, maxime videbatur ſibi compluere imbre tepido. Hinc deprehenditur, quod intemperies cerebri vtraq; (vt etiam aeris intemperies vtraq; de qua ſuprà) poteſt indicare podagræ cauſam, ob intempe-

Lib. de dign. ex inſomn. cap. 1.

In com. Hipp. de alim. cō. 3. t. 11.

Inſomn. demonſtrās frigiditatē cerebri.

cap. 11. fol. 48.

pe-

periem cerebri contrariam; & hoc fuit ab Hipp. obſeruatum, vt etiam in illos, qui habent viſum, aut auditum læſum, cum vterq; morbum circa caput ſignificet. Amplius ſi quis per quietem inſpexerit propè auroram incendium domus propriæ, aut alicuius alterius loci, tunc ex Hipp. ſignificabitur cordis intemperies calidiſſima, quæ podagram induxerit, ſit huius teſtis Alphonſus de Baccis Podagroſus, cuius reſpiratio erat multò maior, quam conueniret illius complexioni, ætati, tempori, ac regioni: ſic etiam pulſus velocior, & frequentior: Accedebat thorax, & præſertim pectus maxime hiſpidum, eratq; valde iracundus, & audaciſſimus, ſigna omnia ſecundum Gal. cordis caliditatis exceſſum indicantia.

l. de inſomn. c. 12.

Quid denotet viſus, aut auditus læſus.

l. de inſomnijs cap. 12.

In arte medic. c. 29.

Adhuc ſi quis viderit in inſomnijs arbores frondoſas, ſed infructuoſas, tunc ſignificabitur Hepatis intemperies calidior, quā deceret, & corpus lædi à calidis, ex Hipp. & ego non rarò obſeruaui in quamplurimis ob hanc cauſam Podagricis. Præterea ſi cui viſum fuerit per ſomnum Cœlum, vel Aſtra eſſe nigra, ſeu obſcura, ferriq; (vt innuit Hipp.) ad veſperam, & occaſum, ſigni-

De inſomnijs cap. 13.

l. de inſomnijs cap. 8.

ficabitur morbus ex ventriculi intemperie, non ſanè calida (nam hi ſomniant bibere ſecundum Chriſtopharum à Vega) ſed frigida, & humida, neq; ſine materia, ac maxime ſi appareant ſecundum Hippoc dicta Aſtra in mare decidere, quod nō ſemel animaduerti in Excellentiſs. Comite N. cuius Podagra maxime proueniebat ex dicta vētriculi intemperie. Præter dictas partes connumeratur Lien (quem non ſine cauſa factum à natura contrà Eraſiſtratum teſtatur Gal.) ex quo indicabitur cauſa podagrę ob illius imbecillitatem, cum ſcilicet ex iecinore ſanguinem melancholicum (cuius officium illi natura dedit) ad ſe non attraxerit, idq; accidet, quando quis ſomniauerit, ſe maxima cum auiditate comedere cibaria acerba, ſecundum Gal. neq; mirum, nam hoc eſt proprium melancholici excrementi, haud attracti à liene, & ſi attracti, non mutati, aut ſaltem non elaborati, vnde ad ventriculum tranſmiſſi ex Gal. & ex obſeruatione à me pluries facta in variis hominibus, de hypochondrio ſiniſtro conquerentibus vltra dolores podagricos.

lib. 2. de arte medendi. l. de inſom. c. 8.

lib. 4. de locis affectis.

Lienis officiū.

lib. 6. de loc. aff. cap. 1.

l. de atra bile.

Pedum tādem imbecillitas demonſtrabitur

bitur ab illo, qui ſomniauerit ſe habere digitos pauciores, quam deceat in pedibus: Aut pedes plures, quam duos teſte Cardano: Vt etiam ſi cui viſi fuerint pedes ſibi euaſiſſe lapidei, vti Gal. de inſomnio cruris lapidei: Aut vnus, vel alter pes factus fuiſſe craſſior, aut macrior ſecundum Hipp. huiuſmodi namq; inſomniis remouetur firma, & tuta illa ſomniantis ſtatio, ſeu ſtabilitas cũ motu, cuius gratia ex Gal. facti ſunt pedes cũ crure: additur à Cardano ſomniare ſibi pedes cõburi ſignificare etiã bilis atrę concurſum præter imbecillitatem illorum.

Inſom. demõſtr. pedũ imbecillit. lib. 3. de inſom. l. de dignot. ex inſomn. cap. 2. l. de inſomniis cap. 6. lib. 3. de vſu par. cap. 5.

Quod demum inſomnia dent indicium cauſarum internarum, & earum, quæ coniunctæ nuncupantur, ex dicendis coniicere licebit. Quamobrem in quiete videre aquas fontium, aut puteorum, commotas, denotat apud Hipp. copiam in corpore humano flatuum, quos eſſe cauſam podagræ ſuprà ſtabiliuimus. Præterea cernere in inſomnio caliginoſa: Aut eſſe in locis caliginoſis flatuum indicia oſtendunt ſecundum Gal. Additur à Card. non recordari ſomniorũ, quæ ſũt facta, procedere ex Flatibus flatibusq; craſſis, quorũ meminit Gal.

Inſomn. dem. flatus l. de inſomn. cap. 7. cap. 26. fol. 125. in 1. Hip. de morb. vulg. lib. 3. de inſomn. cap. 13. lib. 2. ad Glauc. cap. 6.

Præ-

Inſõ. demonſtr. ſãguinẽ ſincerũ. Præter flatus extant etiam humores varii per ſomnia ſignificati; videlicet ſanguis ſincerus ſignificatur ab Ariſt. Ambulare per ignem, ſed à Gal. per Criſtas Gallorum. Et per exemplum Paleſtritæ, qui ſibi videbatur in ſanguinis ciſterna ſtare, ac vix eam ſupereminere: A Chriſtophoro autem à Vega per hominem, cui ſecundum quietem videantur res delectabiles, & gratæ; idq; accidit, vbi ſanguis ſincerus non difflatur. *lib. de dign. ex inſomn. cap. 2.* *l. 2. de arte med. ſect. 4.*

Inſomn. demõſtr. ſãguinẽ mixtum cũ hum. Atuero ſanguis (vt mixtus cum alijs humoribus) oſtendetur: Si cui videbitur in inſomnio Sol; aut Luna, aut alia Aſtra extingui, aut lædi, aut diſparere, aut ſiſti à proprio curſu ex Hipp. Similiter cernere in ſomnis flumina fluẽtia more nõ ſolito, horum ſomniorum cauſa eſt, quia ſanguis à natura eo tempore non eſt victus; vnde quando ſanguis à natura non vincitur, aut non difflatur, iam dicta inſomnia excitantur, & facillime ipſe ſanguis corrumpitur ex Gal. Hinc colliguntur duæ plethoriæ ſpecies, vt alibi adnotaui. *in 1. Hip. de morb. vulg.* *l. de inſom. c. 3.* *In com. Hipp. de alim. t. 5* *In tr. de febre peſtiſ. ſ. 9. 10.*

Inſomn. demõſtr. Pituitã. Pituitæ verò abundantia declaratur ab illo, qui ex Card. ſomnium fecerit de Ranis: Vel etiam de fluminibus more conſue-

ſueto deorſum currentibus: Vel de fontibus, ſeu aquarum decurſu de Paludibus ex Chriſtoph. à Vega. Cæterum ex Gal. de Imbribus, Niue, Glacie, & Grandine: Adhuc intueri in inſomniis terrã inundatam à mari, aut ab aliqua aqua; perinde ac conſpicere ſe ipſum natare in ſtagno; aut in fluminibus; aut in mari: dicta enim inſomnia omnia deſcribunt frigiditatis, & humiditatis exceſſum in ſomniantis corpore, vti etiam in inſomnio arbitrari fulgura cadere, & tonitrua fieri: Adhuc Melle, ac dulcibus ſaporibus perfrui ex Ariſt. lib. de diuinat. per ſomnũ c. 2. Ex his poſtea inſomniis pituitam ſignificantibus, quidnam ex illis præſeferat pituitã Dulcem, Crudã, vel Accidã, aut Salsã, Vitreamue docebo infrà, vbi etiam innuentur ſignificationes inſomniorum reſpicentium varias Bilis vtriuſq; ac Melancholiæ differentias, quas non animaduertũt EMPIRICI. quippè qui omne ſtudium, & operã eò conferant, vt illis, quæ ratione ſunt inuenta, ambitioſis contentionibus teſte Gal. oppugnent. Ego autem Galeno aſſentiens, decerno ſine talium humorum differentijs, non poſſe omnimode

cu-

lib. 2. de arte medendi.
De dign. ex inſō. cap. 2.
l. 3. cap. 30. c. 31.
l. 2. de arte med. ſect. 4.
Pituita ſpecies varia.
l. 3. cap. 30.
Empiricorũ cōſuetudo.
Propria ſētētia.
l. de ſimpl. medic. fac.

curari Podagrã, neq; aliquem aliũ morbũ.

Bilis poſtea flaua oſtendetur in eo, qui ex Gal. viderit ſecundum quietem incendia, ignem; vel igneum aliquod, ſeu calidum opponi Lunæ, aut Soli. ex Hipp. Aut per inſomnium iraſcatur, pugnet ve. Sic ſane arbores frondoſas, ſed infructuoſas.

In 1. Hip. de morb. vulg. cõ. 3. t. 1.

l. de inſomnij cap. 13.

Additur modò atra Bilis, notata, dum cui dormienti videbitur terra nigra, & ſimul combuſta ex Hipp. vt etiam ſi quis maximè perterrefactus fugiat mortuos, aut rem aliquam ſibi ingratam: Inſuper videat incendia cum timore, & furore, fulgure, ac tonitruis, huiuſmodi.n. inſomnia præſeferunt ſanguinem ſiſti, & præ ſiccitate coerceri ſecundum Hippocratem.

l. de inſomnijs cap. 7.

l. de inſom. cap. 16.

A Melancholia deniq; hominem vexari declarant ſomnia terribilia ſecundum Cardanum, at penes Hipp. ſomniũ de Carceribus, de Luctu, de Deſperatione, de Tenebris. Adhuc de Terra aſpera, nigraq; ſine combuſtione. Atqui ſecundum Gal. inſomnium erit de Fumo, de Caligine, de Tenebris profundis, de Leporibus, & aliis animalibus timidis: Amplius ſomniare ſe valere, aut velociſsimè

Inſomn. demon. Melancholiam.

lib. 2. de ſomnijs cap. 11.

l. de inſomnijs cap.

cur-

currere: vtrũq; præſefert ex Gal. tenuitatẽ, ſpiritus animalis, & corporis affectiones ſuperfluitatibus vacantes: At ſomniare ſe volare ad cœlum vſq;, vel inter Nubes, ſed poſtea cadere, aut velociſsimè currere, ſed decidere in curſu, aut ex alto; ſiue in terram, vel in aliquẽ locũ, ita vt ſomniantes cũ tremore expergefiant, iſta cenſentur ab Hipp. ſignũ Melancholiæ cũ craſſitie, ac tenacitate in ſomniantis corpore. Sómnia, quæ excutiũt dormiẽtẽ è lecto, cogũtq; (Gal. teſte) ſurgere, poſtea clamare, declarãt ſuccũ melãcholicũ: Sic ẽt, inſomnia de Mortuis, ſi Nudis, Aut indutis veſtibus nigris; impuriſue, Aut mœſtis, Aut accipere aliquid à nobis, Aut ex domo portare, Aut cũ dormiẽte decũbere: Nõ aũt ſi videãtur veſtibus albis, puriſue amicti, vel lęto eſſe animo; vel accipere aliq̃d puri ab ipſis dormiẽtib⁹; nã hoc sõniũ oſtẽdit apud Hipp. bonam valetudinẽ, & ingeſtorũ ſalubritatẽ, vt etiã ſomniare ſe videre quæcũq; ex cõſuetis, & familiaribus.

l. de dignot. ex inſomn. cap. 2.

Ex Hip. l. inſõn. cap. 13.

in Hipp. de morb. vulg. com. 3.

l. de inſomnÿs cap. 19.

Præter enarratos humores manifeſtos ſunt alij: Occulti ſcilicet: Maligni: & Venenati, ab eiſdẽ auctoribus per ſomnia expreſſi. Vnde ab effectibus occultis pro-

l. de inſomnÿs cap. 7. ducuntur ex Hipp. ſomnia illa, quæ referũt Hoſtes armatos, Monſtra, nec non ſpecies formarũ peregrinarũ, ob vapores morbificos, productos ab humoribus, ſẽſui non patentibus: Idem denotat Oleum bibere in inſomniis, vti etiam Aquam calidam; ratio eſt, quia id inſomnium oſtendit facultates *Lib. de dign. ex inſomn. cap. 1.* naturales eſſe valdè impeditas: Cæterũ ſi qs in inſomnio putauerit ſecundũ Gal. in fœtido ſe loco eſſe, declarabitur humorũ malignitas, vt qui imaginatur ſe verſari in Stercore, ac Cœno, quia hæc inſomnia præſeferunt peſſimam vẽtriculi concoctionem, ac *In com. Hipp. de humoribus c. 2. t. 2.* totius corporis corruptionem, vt apud Gal. Venenati tandẽ morbi referuntur ex Card. per ſomnium de Scorpionibus, Viperis, Serpentibus, Dracone, & alijs venenoſis ani- *lib. 1. de inſomn. cap. 29.* malibus, vt in febrib. malignis, ac peſtiferis pluries obſeruaui, quin notaui in meo tractatu de febrib. peſtif. vbi patientes inſomnium faciebant de animalibus venenoſis grãdioribus; eò magis erat malignus humor ille, à quo patientes premebãtur; ſi quidem *Loco citato.* hæc ſomnia non contingunt ex Card. niſi vbi humores fuerint, ſimilitudine quadam in venenum conuerſi; & ſi accidant extra

fe-

febres,ſeu ægritudines alias, vt notat Ariſt. tunc illa præſeferũt copiã, mox Salſæ pituitæ(vt viſa de ouis,aut ouorum putaminibus albis)mox Bilis atrę(vt ſomnia de muribus, ac maxime ſi mordeant aliquã ſomniantis partẽ,vt colligitur ex Io.Baptiſtę Portę doctrina)ac interdũ Melancholiæ;id ꝙ dicendũ ex Ariſt.de viſionibus turbatis mõſtruoſis,& non dilectis;nec ideo mirandũ,nã oẽs hæ paſſiones, cũ ſpirituoſæ ſint, multam faciunt in corpore perturbationem ex Ariſt.

l. de ſomnÿs. — *l. 7. Phytognom. cap. 5.* — *l. de ſomnÿs c. 3.* — *l. de ſomnÿs c. 3.*

In hac ſomniorũ explicatione omiſſa eſt interpretatio pluriũ euentuum ſpectãtium ad bona,malaq́; Corporis, Fortunæ,& Animi;quã profitebantur olim Vates,ac Magi, vt apud Cardanum,Id autẽ factum eſt,quia voluimus ſolũ examinari ea, quæ penes auctores Græcos,Arabes,& Latinos reperiuntur de ſomniis, ad vniuerſam Medicinam, & præcipuè ad Podagram, pertinentibus.

Magorũ cõſuetudo. — *De inſomnÿs.* — *Auic. l. 1. f. 2. d. 3. c. 6. & l. 4. f. 2. tr. 1. c. 57.*

Quid autem ſit in hac quæſtione de inſomniis determinandum, clariſſimè (vt in ſpeculo) videbitur in hac ſubiecta tabella iuxta cõſuetudinem Auguſtini Galeſii Patris mei, vbi aderũt Auctoritates,Cauſæ,ac Declarationes(ſi quæ neceſſarię)ſuis numeris.

Sentẽtia propria.

1 2 3

Som- Non natura- DIVINA Reuelatione. Vtiq;
niorũ lia, & hæc p-
ſunt cedunt, vel à 4
alia DAEMONVM Illuſione. Nullo pacto.

5 6
Na- Corporibus COELESTIBVS. Non neceſſe.
turalia, & hæc
ſunt, aut à 7 8
Cau- ἰδιώτας. Nequaquam.
ſis, intrà dormientis
corpus latentibus, &
tunc vel certè ſecundũ 9 10
πε- Per Accidens. Non neceſſe.
παιδευμένους, & tũc vi-
ſa conſiderantur aut 11 12
Per Empiricos. Nil phibet.
ſe; tuncq;
aut penes 13
Methodicos. Non.

14 15
Ra- Imperfecta.
tionales, & tunc inſomnia Nequaquam.
conſiderantur, vel vt ſunt
16 17
Per- Facilè
fecta (& ab Ariſt. Recta) & tunc in- nõ ne-
ſomnia præmonſtrare naturã cau ceſſe.
ſarum, Podagram producentiũ, aut
18
Diffi-
cilè. Vtiq;

1 Ex

1 Ex Zenonis opinione cum vniuerſa Stoicorum ſecta ; Si quæris, Quæ, Qualia, & Quarum Facultatum ſint ſomnia. vide fol. 205. 213. & 220.

2 Ita ſentit Benedictus Pererius l. 2. de obſeruat. ſomn. qu. 2. Somnia non naturalia ſunt illa, quæ non videntur in omnibus, quinimmo neq; in pluribus, vt colligitur apud Ariſt. 6. Metaph. vnde neq; habent ortum ab aliqua cauſa naturali, cuius cauſa ſæpè captum humanum excedunt. ex traditis ab Ariſt. l. de diuinat. per ſomnum, & Benedicto Pererio.

3 Conſentiente D. Th. 2. 2. qu. 93. art. 6. Vtrum diuinatio per ſomnum ſit illicita [*vtiq;*] nam Diuina reuelatiò (nempè Deus, à quo ſomnia immitti negat Ariſt. de diuinat. per ſomnum concedit autem Plato. dial. 3. de Rep.) præmonſtrare poteſt cauſas ægritudinum multò maiorum, quam Podagræ, idq; confirmatur exemplo vxoris Pilati, de qua in Euangelijs; Mauritij Imperatoris, cui viſus eſt Chriſtus in ſomnijs; & multorũ aliorum, de quibus Hiſtoriæ, tum ſacræ, tum profanæ, plenæ ſunt.

4 Ex D. Th. loco cit. [*Nullo pacto*] nam ex Dæmonibus ſomnia ſunt cum ſuperſtitione, expreſſa, vel tacita, & cum Alberto Magno ſemper illuſiones, ac ob id non ſunt licita, ſuntq; continuò ambigua, & quando euentis minimè reſpondent, id non falſitati ſomniorum, ſed inſcitiæ interpretum, qui non ritè ſint illa interpretati, ſolet ab illis attribui: Dæmonum poſtea illuſiones cenſentur ludibria quædam à Græcis ἐμπαίγματα, quibus ipſi Dæmones hominem, dum dormit, aliquando ludificatur ex Græcorum ſententia.

5 In hac opinione eſt Hipp. de inſomnijs cap. 20. Somnia dicuntur naturalia, quòd à cauſa naturali ducant originem, veluti plantæ, & quæuis naturæ opera; teſte Phil. l. 2. phyſ. & l. 2. de anima; & ſic præter Deum, & præter Dæmones, ſomniorum productrix eſt ipſa Natura: ita Bonifatius Vannozzus in documentis Politicis lib. 3. nu. 8094.

6 In hac ſententia manet D. Th. & Bened. Pererius, locis iam citatis [*Non neceſſe*] ſi quidem nullum eſt à cęlo ſomnium, quod non poſsit ex alia cauſa prouenire: nec non quælibet coniectura ex huiuſmodi inſomnijs eſt incerta, vt refert D. Th. loco cit. Somnia poſtmodum in nobis producuntur à corporibus cæleſti-

bus,

bus, quia ſicut corpora cæleſtia ſua impreſsione, ſeu influxu in materiam corpoream varias formas lapidum, metallorum, ac ſimilium gignunt;ſic influendo in phantaſiam, quæ organis corporeis eſt immerſa,poſſent producere ſpecies imaginabiles, conformes effectui, à corporibus illis cælicis promananti;vnde corpus humanum, & quodlibet eius membrum correſpondeat corpori cæleſti,atq;Stellis,Planetisq́;, vti adnotat Io.Colles in com. Hipp.de inſomn.c.4.Hinc Iatromathematicorũ quidam, Aſtrologorum opinionibus inhærentes, enunciant (vt qui ſæpiſsime obſeruauerint) ſomnia varios humores demonſtrantia, præferri Mox per reſpectum curſus Lunæ (vt quæ mũdum vnoquoq; menſe perambulet,& cæteros Planetas non potentia, ſed vicinitate exuperet, vti adnotat Gal.3.de dieb.decret. c.2.) Mox per reſpectum Solis, auctoris quatuor anni temporum.ex Gal.3. de dieb. decr. Per reſpectum quidem Lunæ, nam dum Luna eſt in ſignis AEREIS (videlicet in Geminis, Libra, & Aquario, ac maxime in ſecunda facie ſingulorum)tunc demonſtratur inſomnium è ſanguinis prædominio inductum. Dum verò eadem conſtituitur in ſignis IGNEIS. (qualia ſunt Aries, Leo, & Sagittarius) eo tempore facilè eſt ſibi perſuadere,ſomnia produci, quæ Bilem flauam, rubramue referant. At ſi hæc ipſa reperiatur in ſignis AQVEIS (quæ ſunt Cancer,Scorpius,& Piſces)tunc fient inſomnia pituitæ. Tandem ſi fuerit in ſignis TERREIS (vt in Tauro, Virgine,Libraq́;) tunc ſuccedent inſomnia Melancholiæ, aut Bilis atræ, cui hæc inſomnia erunt in his ſignis magis affinia, quam ſi Luna reperiatur in alijs,iam enarratis.

Verũ reſpectu ſolis iidẽ Iatromathematici animaduerterunt, quod ſomnia SANGVINEM (vt à cæteris humoribus diſtinctum) commonſtrantia, promoueri quam ſæpiſsimè in nobis,dum Sol eſt in Tauro, cæterum vbi Sol eſt in Ariete, aut in Geminis, tunc producuntur inſomnia,referẽtia copiam SANGVINIS, cum alijs humoribus coniuncti; Verum .n. verò quando Sol in Cancro, Leone, ac Virgine, tunc fient inſomnia BILIS FLAVAE, ſeu RVBRAE: Amplius quando Sol ingreditur Libram, Scorpionem, ac Sagittarium,tunc fient inſomnia MELANCHOLIAE oſtenſiua:Tandem quando Sol tranſit per Capricornum, Aquarium, & Piſces tunc generabuntur imaginationes nocturnæ, PITVITAM præſeferen-

ferentes: horum omnium cauſa eſt, quia varijs temporibus varia humorũ genera producuntur, aut mouentur ex Hipp. de nat. hominis, & Gal. in com. Hipp. de nat. hum. t. 36. Bilis poſtea atra (quam, vt à Melancholia ſeiunctam diffuſe, ob textus Gal. græcos tradam, lib. 3. cap. 32. generatur quocunq; tempore, ſicuti etiam, qualibet temporum qualitate, lucent interdum quæcunq; viſiones nocturnæ, cum omnes morbi omnibus temporibus generentur ex Hipp. 3. aph. 19. & Gal. in com.

Quod autem dictum eſt de varijs temporũ qualitatibus propter inſomnia, hoc idem confirmandum de varijs ſecundũ Auic. l. 1. f. 2. d. 3. c. 4. Aetatum, Complexionum, Regionumq; conditionibus, quæ correſpondeant dictis temporum varietatibus, vt etiam veſcentibus carnibus, & alijs edulijs ſecundum dictas temporum qualitates, vt notat Io. Baptiſta Porta lib. 7. Phytognomonica. cap. 5. nec non Hieronymus Cardanus l. 1. de inſomnijs, ab ipſo conſideratis, vt ad medicinam pertinent, & nos hic propter hanc cauſam ipſa obſeruauimus.

7 Huic eſt conſentaneus Ariſt. l. de diuinat. per ſomnum c. 1. ne dum Bened. Pererius loco cit. Cauſæ poſtmodum intra corpus dormientis latentes ſunt præcipuè flatus, ſunt etiam Humores, de quibus hic in cap. 26. 27.

8 Videatur Gal. in com. Hipp. 1. Prorr. com. 3. t. 32. hoſce autem homines Cardanus lib. iam dicto nuncupat ſub nomine Plebis [*Nequaquam*] nam horum aliqui promunt.

SOMNIA NE CVRES, SED CVRES ACTA DIVRNA.

Alij verò arbitrantur inſomnia eſſe fortuita, neq; laborant de illis, quorum ſcientiam non ſunt experti. ἰδιώται tandem exponuntur à Gal. duplici ratione, vel .n. quatenus vocantur rudes; req; ipſa exiſtunt rudes, vt in com. Hipp. de ſal. diæta. t. 1. in qua ſignificatione ſumitur hic à nobis hæc dictio. Vel quatenus opponuntur obeuntibus publica munera; ac interdum illis, qui præſunt Genti, & Oppido, vt vtar verbis Galeni loco cit.

9 Ex Hipp. l. de inſomnijs. cap. 8. πεπαιδευμένοι, ſunt illi, qui proprias ſingulorum cauſas dicunt, apud Ariſt. l. 1. Metaph. cap. 2. oponunturq; ipſis ἰδιώταις, quare non eſt opus alia declaratione, cum contrariorum contrariæ ſint rationes ex Ariſt. l. de Somno, & Vigilia. cap. 1.

10 Hu-

10 Huius iudicio videtur Ariſt.l.de diuin.per ſomnium.cap.ſ. & Io.Bapt. Porta l.7. Phytognom. cap. 5. [*Non neceſſe*] quia inſomnia per accidens nullam habẽt cauſam determinatam, hinc non ſunt eorum, quæ vt plurimum, ne dum eorum, quæ ſemper, Ariſt. doctr. in l. 6. Metaph. Hæc inſomnia procedunt à cauſa extrinſecus adueniente, quæ præter cœlum erit ex varijs ſcriptoribus AER nos ambiens (vt ille ſit, tanquam agens extrinſecum, à quo dormientis imaginatio moueri poſsit ad productionem inſomniorum, quæ ſint, tam Læta, quam Terrifica) CIBVS, & POTVS (vel caput implentia, vel bilem atram generantia) nec non PRAETERITORVM REPRESENTATIO in phantaſiæ organo, vti contingit illis, qui ſunt animi affectibus maximè perturbati, ac præcipuè AMANTIBVS. Qui ſibi videntur amicas tenere per ſomnum: nihil .n. eſt, de quo cogitare nequeamus, ex Cic. lib. 2. de diuinat. quibus addit Ariſt. in lib. de ſomnijs. cap. vltimo, MOTVM (vehementiorem ſcilicet, extraneumue, ob quem viſiones nocturnæ, aut omnino exterminantur, aut conturbatæ apparent, ac omnino remouerit phantaſmatum operationes) Plinius autem. lib. 20. cap. 17. & lib. 37. cap. 10. præter dicta omnia, quæ inducunt ſomnia per accidens, ponit AMVLETA, à græcis dicta περιάπτα, non autẽ ab ipſis nuncupantur Αποτροπαίαι, quomodo autem, & lapides, & ſimplicia, vt extrinſecus applicata poſſint ſomnia tam hillaria, quam terribilia excitare, bellè declarat Io. Baptiſta Porta in ſua Magia l. 8. c. 3. dum vult ab illis, quæ extrinſecus applicantur, deferri eorum phantaſmata, infecta, ſenſuum principi, & arterias per continuam dilatationem ad ſe intus trahere, quicquid proximè illas circundat.

11 Hoc ſentit Gal. 3. meth. med. c. 1. vt etiam l. de opt. ſecta, & l. Medicus c. 3. Hæc ſomnia per ſe ſtatuuntur illa, quæ producuntur à cauſis internis, quæ viſa nocturna ſolẽt præparare, coadiuuareq; ex Hipp. l. de inſomnijs.

12 In hac ſententia videtur eſſe Gal. de Theriaca ad Piſonem. c. 3. [*Nil probibet*] nam Empirici in ægris curandis (inquit ibi auctor) ſibi oblatis, profitentur ſe remedia ſuſcipere partim ab inſomnijs; partim à fortuna; ſi quidem putant plurima medicaminum eſſe caſu inuenta. Empirici ſunt medici à ſola experientia cognominati, eorumq; natura eſt deſcripta fol. 135. in fine.

13 De

13 De methodicis loquitur Gal. 3. meth. med. cap. 3. & 7. [*Non*] quia opinantur inſomnia referri ad artem augurandi; eſſeq; ipſa, caſu facta, proinde ipſis nullam eſſe fidem præſtandam. Methodici (qui etiam Dogmatici, & Logici nuncupantur à Gal. 3. meth. med. cap. 1.) ſunt medici, qui ſex menſibus ſe artem medicam edocturos profitentur ex Gal. 1. de dign. pulſ. cap. 1. vnde Gal. ipſos nuncupat ſtupidiſsimos, vel quia artis medicæ bona omnia deſtruere conantur, Gal. 1. ad Glauc. cap. 7. vel quia hominem generalem, & non particularem curant, teſte Gal. 3. meth. med. cap. 7.

14 In hac opinione videtur eſſe Hipp. de inſomnijs, & Ariſt. de diuinatione per ſomnum cap. 1. & Pererius 2. de obſeruat. inſomniorum quæſt. 8. Rationales explicantur à Gal. duplici modo, horum .n. alii, dum (vt in com. Hipp. de ſalubri diæta cap. 20.) ſuas doctrinas, omiſſa ratione, tanquam edicta regia pronunciant; hosq; Gal. l. 7. meth. med. cap. 7. videtur nuncupare temerarios, & inconſideratos: Alij vero, vbi cauſas, & rationes obijciunt, hosq; nuncupat Diſertos, Eximios, & Optimos. l. de Plenitudine cap. 3.

15 Apud Hipp. de inſomnijs, & Ariſt. de diu. per ſomnum [*Nequaquam*] ſi quidem hæc inſomnia ſui finem non ſortiuntur, & opus ſuum non poſſunt perpetuare, ſeu continuare. ex Gal. de dignot. ex inſomniis. Imperfecta poſtmodum ſomnia ſunt illa ex Hipp. de inſomnijs, quæ in rebus phantaſiæ obiectis non habent congruam, neq; proportionatam cohærentiam, vbi res vna tranſit in alteram, longè à prima diuerſam, & vndè fiunt incongrui connexus, cuius rei exemplum proponitur à Cardano in Pelui loquente, aut ſi etiam Pelui prodeat fumus, ex quo Cœlum ardeat; tandem ſi quis in ſomno ſurgens obambulet dormiendo oculos habeat apertos vigilantis more (Gal. doctrina in 1. Prorr. Hipp. com. 1. t. 5. Adducitur alterum à Franç. de Mendoza in viridario ſacræ, ac profanæ eruditionis de homine armigero, qui nocte dormiens ſe armauit, & per vrbem Piſarum cantando vagatus eſt, quare plerunq; ſomniamus, quibus dediti ſumus, vel quibus vigiles occupamur.

16 Ex Gal. in com. Hipp. l. de humoribus com. 2. c. 2. ſomnia quidem perfecta (vt quæ perſpicua, & aperta indicant interdum

dum bonam valetudinem; interdum redundantiam, indigentiamue; nec non qualitatem humorum; teſtibus Hipp. de inſomnijs, & Gal. loco proximè citato.

17 Ex Gal. de dignor. ex inſomnijs cap. 2. implicitè tamen. [*non neceſſe*] nam quamplures opinantur inſomnia prouenire ob res, quas homines, vigilantes, aut geſſerint, aut cogitauerint, ac maximè circa perturbationes animi, aut etiam putant cum inſomnijs nullàm eſſe naturæ ſocietatem, quod vtrumq; reprobat Hipp. l. de inſomnijs, ne dum Ariſt. l. de ſomnijs, cum velit, quod hominum pleriq;, dum pauca inſpiciunt, facilè enuncient. l. 1. de generat. & corrupt. & l. 8. de phyſ. auditu.

18 Ex Gal. de dignor. ex inſomnijs cap. 2. atq; expreſsè, tacitè autem ab Hipp. de inſomnijs, & ab Ariſt. de diuinat. ex inſomnijs. cap. 2. [*Vtiq;*] nam firma inſomniorum (quibus intendere oportet medicorum elegantes, vt vtar verbis Ariſtotelis l. 1. de diuinat. per ſomnum c. 1.) certitudo requirit, non quemlibet virum, ſed artificioſiſsimum, quem reperiendi eſt maxima difficultas; Hic autem artificioſiſsimus erit, ſi potuerit ſimilitudines inſpicere, ac promptè, citoq;, nec non ſentire diſsipata, & diſtorta ſimulacrorũ, vt ibidem Ar. in fine, ad hoc autẽ obtinendum requiritur ſcientia conditionis, tum ſomniorum, tum ſomniantium, vt rectum feratur iudicium de re tam ardua, & difficili. Somniorum cõditio penes Hipp. 1. de morb. vulg. cap. 3. erit ſcire: tum QVAE (differentias ſcilicet, Formas, & Species ſomniorum) tum QVANDO (nimirum Tempus ſomniorum, tam in ſanitate, quam in morbo, & ſi in morbo, an in principio, an in alio eiuſdẽ morbi tẽpore at horum conditio penes Gal. in com. Hipp. de humoribus c. 2. erit callere QVALIA ſint ſomnia, & QVAE. Ratione poſtmodum ſomniantis erit Aetas (pueri namq;, ac ſenes difficilè admodum ſomnia perfecta conficiunt ex Ariſt.) nec non Natura (cum morbi fiant diuerſi ſecundum diuerſitatem naturarũ Gal. 3. aph. 19.) Adhuc Sexus: accedit ſecundũ ſcriptorẽ Ars aliqua, vt legitur de Pythagora, & quodã Nobili, quibus erat curę, vt antequam ſomnum caperent, à cœna venirent ad eos citharœdi, quorum ſonis in ipſis cauſarent inſomnia læta, & placida, quæ omnia cum adamuſsim ab aliquibus non animaduertantur, haud immeritò dicit Gal. inſomnia difficilè iudica-

tu, quam ſententiã hoc pacto abſq; vlla dubitatione amplector: verum ſi inſomnia conſiderentur cum exacta animaduerſione harum omnium ſupradictarum conditionum, tum ex parte rei, tum ex parte perſonæ, ac temporis, non ita difficilè erit eleganti, & eximio medico ſcrutari, quæ ad artem ſuam ſpectabunt, nec eundem latebunt cauſæ morborum Primitiuæ (externæ ſcilicet) neq; Antecedentes (nimirũ internæ, ſed mediatę, vel ſaltem coadiuuantes) neq; Cõiunctæ, nempè Flatus: Humores, humoresq; tã ſine putredine, quam cum putredine, quocirca neq; Occulti, neq; Maligni, neq; Venenati, de quibus nos hic fol. 226. 227. & ſeqq.

Vtrum vrinæ, & QVAE, poſsint oſtendere humores, etiam malignos, & flatus in Podagræ doloribus. Cap. XXXIII.

In com. Hipp. de alim. cõ. 3. t. 17.

VRinæ dignotio eſt adeo vtilis, vt Gal. admoneat in omnibus affectibus ipſam eſſe ſpectandam: quinimmò ipſi vrinæ tantam ineſſe aliquando vim in arte medica, vt ipſi ſoli credendum ſit inter diagnoſtica; quare in dubium optima ratione vertitur quæſtio propoſita, cuius meritò pro tituli ratione adnoto Primò hanc dictionem [VRINAE] (nuncupatæ interdum à Gal. ſub nomine lotij, & ab Ariſt. ſub hac dictione ὄυρον, vel ὄυρμος, propter vrinam corporis humani, & brutorum) quam nunc definio haud excrementum nutritionis renum, vt Lycus Macedo aſtruebat, ſic enim eſſet na-

Vrinæ cognit. neceſs.

Varia vrinæ nomina.

l. 15. de vſu par. cap. 5.

l. de gener. animal.

Vrinæ definit.

Lyci opinio improbatur.

lib. 15. *de vſu part.* tura, vti fatetur Gal. Imperitiæ damnanda, ſed eſſe ſanguinis, & aliorum humorum ſerum, genitum non modò, vt gibba hepatis pars per ipſam purgetur, vt innuit Gal. ſed
lib. 13. *meth. med. c.* 15.& 2. *adGlau. cap.* 20. etiam, vt totius corporis excrementa repurgentur ex Gal. vnde mirum non eſt, quod ipſa vrina indicet, tum affectionem hepatis, & vaſorum ſanguinem continentium: tum robur, ac imbecillitatem virtutis, ſuccos generantis, vt etiam indiſpoſitiones renum, ac veſicæ teſtimonio Gal. Deinde
In pgn. Hipp. c. 2. *t.* 37. *1. prorr. Hipp. c.* 2. *t.* 2. [QVAE] ideſt cuius conditionis, ſeu naturæ ſint huiuſmodi vrinæ. Adhuc [POSSINT OSTENDERE] id eſt indicét, declarent, & omnino manifeſtent. Præterea [HVMORES] Sanguinem ſcilicet, Phlegma, ſeu Pituitam; Bilem flauam, ſeu Choleram rubeam, &
l. 1. *f.* 1. *d.* 4. *c.* 1. Melancholiam. Auicennæ doct. quos humores ſimul perpetuò eſſe in homine quocunq; tempore, & quacunq; ætate teſtatur
in c. hip. de nat. hum. c. 1. *t.* 25. Gal. Inſuper [MALIGNOS] ideſt peruerſos, excellentis putredinis, & nulli ferè medicamentorum generi cedétes: adhuc [ET FLATVS] ideſt vapores, ventos, & omnino ex
de mor. vulg. c. 1. Gal. Spiritus flatuoſos, qui ſi retineantur in inteſtinis excernuntur p ſedé: at ſi extra in-

te-

teſtina fuerint vagãtes, magna ex parte per vrinas ex Hipp. Tandẽ [IN PODAGRAE DOLORIBVS] dum ſcilicet adeſt dolor, ſeu affectus podagricus. Hiſce autem breuiter ad tituli declarationem explicatis, conuenit è conſueta ſcribendi noſtra ratione, vt ad quæſtionis agitationem nos conuertamus pro vtraque parte. Negatiua videtur ab Auic. ſuſtineri, cuius ratio vna eſt, quia vrinæ nequaquam ſunt viæ ſignificationis Podagræ, quinimmo neq; alterius diſpoſitionis. Altera vero ex Gal. quia vrinas noſſe pertinet ad Fullones, ſeu Pictores. Accedit quod ex vrinis non licet petere notitiam pro habenda cognitione flatuum, ſeu humorum in corpore humano exiſtẽtium, teſtibus Gal. lib. 3. de præſagit. ex pulſibus cap. 4. & Auicenn. lib. proprio de vrinis.

4. aph. 73.

l. 1. f. 2. d. 3. c. 1.

lib. 4. de ſan. tu. cap. 13.

Cæterum pro parte affirmatiua eſt Gal. vbi, vrinas ſemper memineris, vt ſimul inſpicias in affectibus Ventris, Thoracis, Pulmonum, Neruorum, & ſimilium. Huius doctrinæ cauſam perbellè demonſtrat Gal. vbi, vrina prodit qualitatem ſuccorum in vaſis exiſtentium, hinc nulli mirũ eſt, quod (cum vrinæ omnino ex Gal. correſpõdeant for-

in 3. hip. de morb. vulg. c. 2 agr. 9.

lib. 4. de ſan. tuẽ. cap. 4.

in 6 hip. de morb. vulg. c. 5. t. 15.

formis humorũ creatorum) Vrina rubra, vel ſubrubra, & groſſa indicare ſoleat Podagricum affectum prouenire ex ſãguinis abundantia, cum hæ vrinæ ſint notæ ſanguinis copiæ, vt apud Gal. Cæterum vrina tendens ad colorem flauiorem, vt etiam ruffum, aut ſubruffum cum ſublimamento illo, quod græcè nuncupatur ἐναιωρήμα, & ab Hipp. Nubecula; ex Gal. indicabit Podagram cauſari à Bile flaua, cum huiuſmodi vrinæ declarent morbos Bilioſos, teſte Gal. Alba poſtea (ſiue ſit Criſtalea, ſiue Aquea, ſiue Glauca, ſiue Caropa, Cineritiaue, ſiue Niuea, ſiue Lactea, & omnino ad Candidum tendens) prænunciabit, Morbũ Podagricũ produci à Pituita, cuius autẽ ſpeciei, traditur infrà, & maximè ſi aderit in huiuſmodi vrina ſedimentum copioſum, quod nõ euenit i js, qui tenuiter viuunt (horum .n. ſedimentum in vrinis, vel non aderit, vel minimum) neq; iis, qui modicè viuunt (horum .n. ſedimentum eſt in vrinis modicum) ſed ſolummodo in pueris, vel in iis, qui largius viuunt, ac omnino in crapuloſis. ex Gal. & Auic. de coloribus vrinæ. Nigra tandem prænunciat modò melancholiam; modò Bi-

Vrina indicans ſãguinẽ. l. de vrinis c. 14.

Vrina Bilẽ flauã indicans.

In pgn. Hipp. c. 2. t. 26. loco proximè cit. & Auic. l. 1. f. 2. d. 3. c. 2.

Vrina alba ſpecies varia.

Vrina indicans Pituitã l. 3. c.

Cur variũ ĩ vrinis ſedimẽtum.

In pgn. Hip. c. 2. t. 26. & 1. p. cantic. tr. 2.

Bilem atram: Melancholiam quidem in morbo Podagrico, ſi fuerit cum odoris priuatione, vel etiam ſi apparuerit poſt colorem fuſcum, ex Auic. Atram poſtea bilem, ſeu choleram nigram pænunciant in morbo Podagrico vrinæ nigræ cum odore forti, vt etiam ſi apparuerint poſt rubeum dictæ vrinæ colorem ex Auic. *de ſignis dominij cuiuslib. hum. & 1. parte cāt. tr. 2. cap.* Maligni etiā humores in Podagrico morbo per vrinas (quo ad colorem, quo ad ſubſtantiam, & quo ad contentum) oſtendentur, ſi vrinæ fuerint nigræ, aut virides, aut liuidæ: *Locis citatis.* Adhuc ſi extiterint conturbatæ, craſſæ, pingues (cum colore, & ſubſtantia ſimiles olei, peſſimeq́; olentes) abſq; tamen renum, veſicæq; morbis, & eduliis, lotium fœtidum reddentibus: tandem cum hypoſtaſi atra, vel ſi nihil in huiuſmodi vrinis reſideat: hæ nāq; vrinæ ſolent ex Gal. prænunciare humores malignos occultos, & quaſi venenatos, quos eſſe in cauſa podagræ tradidi cap. 29. *l. de vrinis: & in c. Hipp. de morb. vulg. c. 2 ægr. 11.* Flatus deniq; (quos etiam eſſe in cauſa Podagræ iam tradidimus) cognoſcuntur ex Gal. per vrinarum Subſtantias, & Contentum *cap. 26.* cuius differentiæ ſunt tres, vt puta Nubecula: Suſpenſum, & Hypoſtaſis. *l. de vrinis c. 18. & c. 20.* Ratione

ſub-

ſubſtantiæ, ſi vrina mingatur craſſa, & craſſa permaneat, vel etiam ſi reddatur tenuis, tunc erit ſemper flatuum (qui ſuccis immiſcentur) nota ex Gal. Ob Contentum autem, ſi fuerit in ipſis vrinis æquale diuulſum, non .n. permittunt ipſi flatus, à quibus diſtrahitur natura, vt contentum vniatur cum diſſipent, & dirimant materiam in ipſa vrina. ex Gal. Accedit quod flatus oſtēduntur in vrinis per ſpumam, ideſt ampullas, citra agitationem innatantes, quæ ſi fuerint multæ, ac magnę, oſtendunt in omnibus morbis, ne dum in affectione podagrica præter flatuum copiam, viſcoſitatem humorum; ſin autem paucæ, atq; paruę, tunc ex Auic. aderunt flatus abſq; viſcoſitate, ac præcipuè, ſi non magno negotio diſſipentur. Præter Humorum, iam dictorum, & flatuum, in Podagræ morbo, ſignificationes, in vrinis cognoſcūtur etiam partes variæ in morbis varijs, ne dum in Podagra tātum, affectæ, ac potius afficientes, de quibus in cap. 7. vnde Zechius Bullæ granis exilibus ſimiles in vrinæ corona ſitę, ſi (dum vrina agitatur) deorſum depulſæ, mox in coronam reſiliunt à capite in partes ſubiectas (qua-

l. de vrinis c. 3.

Flat⁹ ex vrinis cognoſcuntur.

in c. hip. de vrina ſign. c. 2.

Flat⁹ ex vrinis.

De ſignification. vrinæ ex ſpuma.

Fluxio ex vrin. cogn. l. de vrinis c. 14.

(quare,& pedes) procumbētē deſtillationē declarant; num autē huiuſmodi deſtillatio ſit calida,an frigida,exprimit ſpumæ color, præter illa,quę à nobis in c.11.Vrina modò tenuis,permanens,& alba exquiſitè,ſecūdū Gal. ſignificat oppilationē iecinoris,q; eſſe in cauſa podagrę,patet ex iam dictis. Vrina verò atra,& craſſa,eſt nota ſecūdum Auic. Lienis malè affecti,Podagrā inducētis; quæ ēt vrina craſſa mingitur interdū ab iis,q̄bus cōfluit in veſicā,q̄d bilis; ex Hipp. de Morbis: Rurſus dicta vrina,ſiue ſit fætida,ſiue non ſit; exiſtimatur sēper exitioſa in qualibet ęgritudine Gal.doct. Vrina deniq; alba, tenuis,& cū multa ſubſidētia,oſtēdit ſtomachi (ex quo induci podagrā manif.Gal.) imbecillitatē,ac oīo digerēdi debilitatē,maioréq; ſi vrina hæc fuerit pauca,& nullo modo habuerit odorē;ſic.n.ſignificat,vel frigiditatis nō paruæ dominiū;vel mortificationē,ſeu caſum caloris naturalis,vti(ET NOTETVR A IVNIORIBVS) ſi fætor fuerit in morbis acutis,poſtea ſit huiuſmodi fætor ab vrina remot⁹, ſed reqes nō fuerit ſubſecuta Auic. p̄ceptū l.1.de ſignificationib⁹ odoris vrinæ. Nos aūt huiuſmodi q̄ſtionē hoc fundamēto,ſeu hiſce diſtinctionibus perſoluimus.

l. de vrinis c. 5. cap. 7. l.1.f.2. d. 3. de ſignific. coloris vrinæ.

In pgn. Hipp. c. 2. t. 32. in 6. hip. de morb. vulg. c. 3. t. 1.

- 1 Vrina attendiſt vel vt
  - 2 Aequiuoca. Nullo pacto.
  - 3 Vniuoca, & hæc vel vt eſt
    - 4 Optima in-ſanis. Negatiua pars protegitur.
    - 5 Non optima, quare neq; in ſanis ſimpliciter, & tunc ſpectanda eſt, vel vt
      - 6 Sola. Nequaquam.
      - 7 Cõiuncta cum cæteris, & tunc arbitramur vrinam declarare humores, etiam malignos, & flatus vel
        - 8 Immediatè. Non neceſſe.
        - 9 Mediatè: & tũc hanc vrinam commonſtrare dictos humores, & flatus vel
          - 10 Certò. haudquaquam.
          - 11 Probabiliter: vtiq;

1 De vrinis maximè tractatur ab Hipp. libris de morbis Popularibus, & in Aphoriſmis; à Gal. l.de vrinis, & in com. Hipp. de victus ratione in morb. ac. necnon ab Auic. l.1. fen.2.d.3. in ſermone vniuerſali de vrina.

2 Ex Auic.l.1.fen.2.d.3. cap.de rebus, quæ vrinis ſimilantur. [*Nullo pacto*] nam vrina, ita poſita, ſeu conſiderata, nihil penitus deſignat, & ab ipſa proficiſcuntur aliena. teſte Gal. locis cit.

3 Iuxtà Hipp.de Coacis Prænotionib. & iuxtà Auic.loco cit.

4 Galeni teſtimonio in lib. de vrinis cap. 40. [*Negatiua pars protegitur*] nam hæc vrina ſatis dat ſignum de bona corporis humani diſpoſitione, & in ipſo nullum morbi genus coarguit, vt quę ſit maxime naturalis. ex Gal. in com. Hipp. de alim. cap.3. t.17. Hæc autem eſt ſubſtantia media inter tenuitatem, & craſsitiem; colore ſubflaua, ceu citrina, pallearisue, ac tali colore permanens, quali fuerit micta. Tandem Hypoſtaſi Modica, Alba, Plana (id eſt continua, & non diuulſa) Aequali per omne tempus, huiuſq; forma eſt in auctum faſtigiata, Pyramidis conſuetudine, adhuc eſt victui eſterno, & ſuperiorum dierum reſpondens, nec non Odor in ipſa vrina temperatus percipitur. ex Gal. de vrinis, & ex Auic. l. 1. f. 2. d. 3. de ſignificat. odoris vrinæ.

5 Conſentientibus Hipp. 1. epidem. ægr. 12. & Gal. de vrinis.

6 Galeni doctrina in 4. aph. 71. [*Nequaquam*] ſiquidem præter vrinam inter illa, quæ patefaciunt humores etiam malignos, & flatus in Podagræ doloribus connumerantur Pulſus, Calor, & ſimilia ex Auic. l. 1. fen. 2. d. 3. in ſerm. vniuerſali de vrina.

7 Ita conſentit Gal. l. 1. ad Glauc. cap. 2.

8 Auic. pręceptum l. 1. f. 2. d. 3. in tr. vniuerſali de vrina. [*Non*] etenim vrinæ ſignificatio immediata, ſeu prima eſt ſecundum Auic. diſpoſitionis hepatis, ac præcipuè illius gibboſitatis, at ſm̃ recẽtiores vel Renũ, vel Veſicæ, nã ꝑ vrinã euacuãtur humores in dd. partib⁹ exiſtẽtes. ex Gal. in cõ. Hipp. de Alim. c. 3. t. 17.

9 Auctoritate Hipp. de Coacis Prænot. & Auic. l. 4. f. 1. tr. 2.

10 Sententia Gal. exprimentis in 6. Hipp. de morb. vulg. c. 5. t. 15. hanc dictionem [*Certò*] per firmam notitiam. [*Non*] quãdoquidẽ notitia ex vrinis eſt anceps apud Gal. l. 3. de præſag. ex pulſibus cap. 4. Huius cauſam ingenioſè reddit, tum Gal. l. de

vrinis, & l.4. de ſanit. tuenda: tum Auic. loco cit. eſtq; nam excreta per vrinam varias recipiunt mutationes, quæ in vrinis Colorem, Calorem, Subſtantiam, Quantitatem, Contentumq; vnà cum Odore, ac Sapore vitiare poſſunt, hæc autem ſunt Complexio, Aetas, Sexusq; adhuc Regio, & Aeris conſtitutio, Anni tempus, nec non illud ex Gal. vitæ genus, quod conſiſtit in ſex rebus illis, non naturalibus, neceſſariò occurrentibus, & ineuitabilibus, quarum auxilio indigent facultates, ſeu virtutes, in noſtro corpore exiſtentes: VITALIS ſcilicet Aere, & Animi accidentibus: ANIMALIS autē Somno, & Vigilia; necnon Motu, & Quiete: NATVRALIS deniq; Cibo, & Potu; vti etiam Inanitione, ac Repletione.

11 Ex Galeni doctrina lib. de Humoribus cap. 5. [*Vtiq;*] ſiquidem vrinæ oſtendunt potiſsimum morbos, vt ex traditis facilè colligitur, & ab Auic. in ſerm. vniuerſali de vrina comprobatur. Probabilius autem, ſi opportunè fuerint in vrinis animaduerſa, animaduertenda, cuiuſmodi ſunt Color, Calor, Subſtātia, Quantitas, Contentum, Odor, nec non Sapor, quæ ſingula diſtinctè admodum tradam. lib. 3. cap. 22.

Vtrum ex pulſibus, & QVIBVS *deprehendantur humores diuerſi, & flatus in Podagræ affectione. Cap. XXXIIII.*

INterrogatus olim Gal. quantum temporis medicus quęrat pro habenda exacta, & abſoluta pulſuum cognitione? Reſpondit, vt pulſuum artem accuratè calleat, requiri non dies, non menſes, non annos, ſed totam vitam humanam, cum Ars Sphymica (id eſt pulſuum cognitio) ſit doctrina Honoratiſs. difficillima, & obſcuriſſima, vti-

lib. 1. de dign. pul ſib. c. 1.

Quanto tempore med. calleat pulſuum cognit.

vtiliſſima tamen, non ſolum ob affectionem cognitionis podagræ, de qua in hoc libro fit ſermo: ſed etiam ob quamlibet ægritudinem; Vnde fatetur Gal. ſe magnam nominis celebritatem eſſe aſſecutũ, quinimmò quicquid opum, & diuitiarum eſt aſſecutus: quicquid auctoritatis apud ſuos populares, & exteras nationes, id totum arti Sphymicę acceptum retulit; meritò igitur exquiritur. Vtrum ex pulſibus, & Quibus deprehendãtur humores diuerſi, & flatus in podagræ affectione. His ita prælibatis iuxta inſtitutam noſtram ſcribendi rationem, pro faciliori quæſtionis tituli explicatione, ſciendũ. Primò erit, Quid nos intelligamus per PVLSVM; Pulſus (vt aliorũ opiniones prætermittamus) hic intelligitur à nobis propria cordis actio, quæ ab inſita cordi facultate mouetur duplici motu, διαστολῆς ſcilicet, & συστολῆς (eleuatione, & contractione) idq; tum propter conſeruationem innati caloris temperiei, tum propter generationem ſpiritus animalis in Cerebro; quæ omnia habentur partim à Gal. partim ab Auic. 2. autem [QVIBVS] ideſt cuius conditionis, ſeu naturæ ſint pulſus illi,

Effectus ſcientia pulſuum in Gal.

Quid ſit pulſus.

Loco cit. & lib. de mor. tēp. cap. 7. l. 1. ſ. 2. in ſerm. vnĩali & pulſu.

Quid intelligẽdũ QVIBVS.

li, ex quibus deprehendi debeant humores diuerſi & flatus in podagrę affectione:Non quidem per reſpectum ad Hipp. qui licet fuerit primus auctor huius vocis PVLSVS, nihilominus in vniuerſa medicina, hanc pulſus ſcientiam intactam reliquit, reliquitq; non quòd pulſus artem ignorauerit, aut parum admodum ſciuerit, vt facilè credidere Lycus Iulianus, & Crito in ædibus Imperatoriis medici, nec non forſitan ſibi perſuaſit Gal. ſi aures præſtentur illis, quæ ab ipſo fuere tradita lib. de pręcogn. ad Poſth. c. 12. ſed quòd ipſe Hipp. nihil dignè de pulſibus apud nos extet, ſicuti neq; apud nos extat aliquid digni, quod litteris prodiderit Menodotus, Apolonius, aut aliquis alius, qui de pulſibus ſcripſerit: Sed per reſpectum ad Auic. loco cit. & ad Gal. libello de pulſibus ad Tyrones, de diff. pulſuum, de dignoſcendis pulſibus, de cauſis pulſuum, de preſagitione ex pulſibus, & de vſu pulſuum.

Hip. primus auctor vocis pulſuum.

Hip. nihil dignè de pulſibus.

Auctoritates varia ob pulſuum ſcientiã.

3. [DEPREHENDANTVR] ideſt fiant noti, ſeu cognoſcantur, à medicis ſcilicet præſtantiſsimis, à quibus ſolum cognoſcuntur rerum cauſæ ex Gal. in 6. Hipp. de morb. vulg.

Qui Medici ſint pſtãtiſs. c. 5. t. 27

4. [HVMORES DIVERSI] ideſt varij tamq; ſoli,

quam

quam adinuicem mixti. 5. [ET FLATVS] ideſt ſpiritus flatuoſi de quibus in cap. 26. 6. [IN PODAGRAE AFFECTIONE] ideſt, dum podagræ dolores affligunt, præmuntq́; viros. Hactenus de tituli explicatione. Modò præſtat in arenam deſcendere, ac breuiter quæſtionem agitare, quæ antea in titulo fuit à nobis propoſita, an videlicet ex Pulſibus deprehendantur, & quæ ſequuntur.

Pro Negatiua parte inſtatur ex Auic. in ſermone vniuerſali de Pulſu, opinionis cauſa eſt, nam ex Pulſibus deprehendũtur cordis diſpoſitiones, vti Auic. teſtatur lib. 3. de modis, quibus ſignificantur cordis diſpoſitiones. Adhuc Pulſus variantur plurimis, modis, ſeu cauſis, vt puta ob res Naturales; Non Naturales ineuitabiles: & præter Naturam. ex Gal. *l. de Pulſibus ad Tyrones, & libris quatuor de cauſis pulſuum*, ergo ex pulſibus non poſſunt deprehendi humores varij, neq; maligni, neq; flatus. Huius Enthimematis cõſequẽtia probatur per tradita à Gal. *libris 4. de diff. pulſ. & de p̃ſag. ex pulſ.*

p negat. parte. *l. 1. f. 2. d. 3. f. 11. tr. 1.*

Ob quas cauſ. varientur pulſus.

Cæterum pro affirmatiua parte eſt Gal. *tum vniuerſaliter, tum particulariter*: Vniuerſaliter l. 2. de cauſis Pulſuum, & de Plenit. cap.

pro affir. parte. *Et vniuerſalit.*

cap. 11. vbi in affectionibus Plethoræ eſt fides adhibenda ſignis, ex pulſu deſumptis, quod idem paulò infrà confirmat in Cacochimia; quam vtramq; inducere podagram iam tradidi cap. 24. Noto interim in vtraque obſeruari pulſuum inæqualitatem ob humorum copiam, & obſtructiones ſecundum Gal. Num autem huiuſmodi pulſus inæqualitas ſit perpendenda in vno ictu; an in pluribus determinabitur in lib. 2. cap. 22.

lib. 3. de pſag. ex pulſ. c. 4.

Sing. humor. habẽt ſuos pulſus.

Particulariter autem, nam ſinguli humores habent, ſeu faciunt ſuos pulſus, vti Gal. animaduertit, *l. 3 de cauſis pulſuum, & de nat. & ord. cuiusl. corp.* Vnde ſanguis facit pulſus magnos, plenos, humidos, modò æquales, modò inæquales ex Gal. *l. 4. de præſag. ex Pulſibus*. Bilis flaua, ſeu cholera rubra ex Gal. *ibidem* facit pulſum tenuem, & citatum: at ſecundum Auicennam reddit magnum, velocem, ac celerem. *l. 1 .f. 2. d 3. c. 8.* Melancholia ex Auic. facit coanguſtatum, & quaſi durum, at ſecundum Gal. facit pulſum tabentem, & aſperum. Bilis atra, ſeu cholera nigra declaratur per pulsũ durum, paruum, iuſto celeriorem, creberioremq;.

Qui pulſ. ex ſang.

Qui pulſ. ex Bile flaua.

Qui pulſ. ex melãcholia.

ibidem. Ex Gal. & Auic. ibidem.

Qui pulſ. ex Pituita.

Pituita tandem, ſeu phlegma facit pulſum,

ſum, abſq; celeritate minus plenum, mollem, ac ſæpiſſime languidum. Gal.4 de cauſis pulſuum, & ęqualem, pręterea ſecũdum Auic. reddit pulſum paruum, tardum, & rarum, interdumq; inundatum, & dilatatum. Si poſtmodum hi humores fuerint ad inuicem cõplicati, tunc hi pulſus erunt ex Gal. ambigentes, *lib. 4. de præſag. ex pulſ. cap. 8.*

Loco px. citato.

Pręterea dicti humores particulares poſſent eſſe maligni, occulti, & ferè venenati, qui quidem præſeferuntur in aliquo Podagram patiente per pulſum Formicantem, Vermiculantem (vnde paruum, crebrum, præbentemq; falſam celeritatis ſpeciem) languidum, inæqualemq; ex Gal. *lib. 16. Synophis de Pulſibus c. 33.* atq; iſti plerunq; indicant innatæ caliditatis extinctionem in eodem ægro in lib. de pulſibus ad Tyr. c 11. Aliquando autem iidem humores indicantur per pulſum Dicrotum, Vibratum, Tremulum, & Decurtatum, qui pulſus ſunt indices ſummæ imbecillitatis facultatis vitalis ex Gal. *loco proximè citato.* Poſtremò Flatus eſſe in cauſa Podagræ, vt iam in cap. 26. tradidimus, manifeſtabuntur per Pulſum Tremulum, vt etiam Palpitantem, vndo-

Pulſ. declarãtes hum. malig. occ. & venẽ.

Pulſus oſtẽd. extinct. calid. innata.

Pulſus oſtẽd. imbecil. facult. vitalis.

Qui pulſus contingant ꝑflat.*

doſum, mollem, ac omnino ſecũdum Gal. abſq; tenſione, *l.* 4. *de praſ. ex pulſ. c.* 8. Pulſus iam dictos deſcribere membra illa, malè affecta, ex quibus originem trahere poteſt Podagra, ſignum dat Auicennas *lib.* 1. *f.* 2. *d.* 3. *in ſermone vniuerſali de Pulſu*, cui doctrinæ ſubdere oportet, quod ipſi pulſus (exceptis inflammationibus dictarum partium, ſunt. n. pulſus tunc temporis Serrantes, Vibrantes, Celeres, ac interdum Magni ex Gal. *in l. de Pulſibus ad Tyrones cap.* 11.) non vno modo variantur, cum pulſus varientur ex intemperie diuerſarum partium affectarum, quamobrem, ſi cui adſit Podagræ dolor, & pulſus ſit Moderatus, & Similis Natiuo, ſuperet tamen magnitudine, celeritate, & crebritate, quatenus calor morboſus natiuum excefferit; tunc erit ſignum Cerebri calidioris abſq; ſiccitate; cum aliqua poſtmodum ſiccitate, ſi fuerit durus; durus etiam in partibus neruoſioribus, vt fuit obſeruatus à Gal. *in l. de pulſibus ad Tyronem cap.* 11. & 4. *de præſag. ex pulſ. c.* 8. & 9. Cæterum ſi obſeruabitur Pulſus paruus, tardus, rarusq; (non aliter, ac reſpiratio) tunc huiuſmodi dolor originẽ trahet ab intempe-

Pulſ. deſcribunt membra malè affecta.

Pulſ. declarãtes inflãmationẽ partium.

Pulſ. variantur ex intẽperie partium.

Qui pulſ. indicent cerebrũ ꝑ calidum abſq; ſiccitate.

Qui pulſ. cũ ſiccit.

Qui pulſ. indicent cerebrũ ꝑfrigidũ.

perie cerebri frigida; & ſi acceſſerit mollities in pulſu; tunc aderit fluxio, frigida, & humida, *l.* 4. *de præſag. ex pulſ. c.* 2. Vbi poſtmodum Iecur erit malè affectum propter illius imbecillitatem, obſtructionemue, tunc Pulſus erit celer, mollis (mollis etiã in partibus venoſioribus) & inæqualis, qui ſemper, aut ob copiam humorum, aut quia noſtri corporis facultates prçmuntur, & inſigniter grauantur, teſte Gal. *libris* 4. *de differentijs, & de cauſis pulſuum.* Cæterum ſi Podagra fuerit ob calidam cordis intemperiem, tunc percipietur pulſus Velox, Magnus, & aliquando Dicrotus, ſin autem ob frigidam cordis intemperiem, tunc Pulſus, Tardus, Paruus, & quoquo pacto mollis ex Auic. Verum .n. verò ſi Podagrica ægrotatio contigerit ob Ventriculum male affectum, tunc pulſus reddetur non modò celerior, quàm eſſe deberet (hoc enim euenit in ſingulis affectibus ſtomaticis Galeni teſtimonio, *l.* 2. *de dignot. pulſ. c.* 1.) ſed etiam paruus, & languidus, vt adnotatur ab eodem in lib. de Pulſibus ad Tyrones, quinimmo in pueris formicãs, & in ſenibus vermiculans, ac maximè ſi ventriculus com-

Qui pulſ. ĩ fluxione frig.

Qui pulſ. ĩ hepate affecto.

Qui pulſ. in corde affecto.

Qui pulſ. ob vẽtriculi affect.

Qui pulſ. ĩ affectibus ventriculi.

Pulſus formic. & vermiculãs.

primatur, aut vellicetur à prauis humoribus, quorum cauſa fiunt interdum tum inęquales, tum intercidentes. *l. 4. de cauſis pulſuum, & 1. ad Glauc. cap. 14.* Si poſtmodum Lien declarabitur eſſe in cauſa Podagrę, tunc (præter quam quod corpus vniuerſum nigricare videbitur, vti adnotat Gal. *l. 6. de loc. aff. cap. 1.*) pulſus patientis, à dolore podagrico vexati, erit tũ inæqualis (idq; vbi fuerit Splen, vel compreſſus, vel repletus, vel obſtructus) tum tenſus (ob eiuſdem tumorem) adhuc modò durus (non tamen conuulſus) propter ſcirrhum in ipſo liene; modò mollis ſi cui ob lienis ægrotationem hydropica diſpoſitio immineat. Renes tandẽ affectos demonſtrat Gal. per pulſum laſſum, vt etiã pigriorẽ in vna manu, magnũ, vehementẽ, & celerem: in altera verò manu paruũ, aut imbecillẽ, aut inanem, & diſpari tẽpore reſpondentẽ ex Gal. *l. de Dynamidijs.* Ex hactenus particulariter enarratis de Pulſib⁹ colligitur, ꝙ partes noſtri corporis affectæ dignoſcuntur, nõ modò (vti docet Gal. *in lib. de loc. affect.*) à ſymptomatibus, à loci natura; à ꝓprietate Doloris, & ab Excretis: ſed etiam à Pulſibus. Ego autem enuncio,

Qui pulſ. ĩ ſplenis affectib.

Qui pulſ. in Renũ affectionibus.

Pars affecta vnde cognoſcã tur.

Pro

Pro huius quæſtionis determinatione.

Pulſus eſſe cōſiderandos, vel ſecūdū

- Hippocratem. NVLLO PACTO: quandoquidem Hipp. Aut nō nouit ſigna ex pulſibus deſumpta; Aut quia pulſuum ſcientiam parui fecit: teſte Gal. 3. de criſibus cap. vltimo.
- Auicennā, & tunc humores diuerſos, & flatus deprehēdi ex pulſib' cōſid. Aut
  - Per accidens. NON. quoniam pulſus ſunt ob leuiſsimas cauſas in continua permutatione, vti adnotat Auicenn. in ſermone vniuerſali de Pulſu.
  - Per ſe VTIQ; nam declarant non modò humores ſingulos (tum ſeorſum, tum coniunctim) & flatus, ſed etiam partes noſtri corp. malè affectas f. 263.
- Galenum, & tūc ex pulſibus deprehendi humores diuerſos, & flatus vel
  - Simpliciter. NON. quandoquidem multa alia requiruntur ex Græcis, Arabibus, & Latinis præter pulſuum cognitionem.
  - Secundū qd, & tunc aut
    - Omiſsis conditionibus neceſſarijs obſeruatu in pulſuum ſcientia. NON etenim in plurimorū errores ſpargi adnotat Gal. dū Pulſuū regulæ dimittuntur.
    - Obſeruatis conditionibus ad Medicos, & ad Aegrotos ſpectantibus, quas recenſet tum Gal. pluribus in locis, ſed præcipuè de Pulſibus ad Tyrones: de Differentijs, & Cauſis Pulſuum: tum Auic. l. 1. fen. 2. d. 3. in ſerm. vniuerſali de Pulſu, VTIQ; ob rationes iam adductas, notatas, & demonſtrandas l. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 11. 21. & ſeqq.

Vtrum

Vtrum ex Phyſiognomia Podagræ cauſæ cognoſcantur. Cap. XXXV.

Phyſiog. à medico conſideranda. HIpp. vetuſtate, admodum notus, & ſcientia admirandus inter varia, quæ ſunt à medico animaduertenda in obeundis medicæ facultatis muneribus, cõnumerat l. 6. de morbis Popularibus [ASPECTVM] quem oculi præſtant. Cæterum l. de arte, ſcriptum reliquit, quicunq; exercentes medicinam, *Cur phyſiogn. cõſid.* phyſiognomiæ ſunt expertes, horum mens in tenebras deuoluta, torpida ſeneſcit; tanti ergo viri cauſa nos permoti animo hæremus. Vtrum ex Phyſiognomia Podagræ cauſæ cognoſcantur, tantoq; alacriori animo, quò magis noſtrum ſtudium *Auctoris intetum.* huic præcipuè innititur, vt medicinæ ſtudiis incumbentes, neq; hic, neq; alibi per tenebras vnquam vagentur, etenim Medicus ſi ſuffecerit ad cognoſcẽdum morbum, & eius cauſas, ſufficiet, & ad ſanandum: teſte Hipp. loco cit. De ratione modò tituli *Phyſiog. ſynonima. Quid ſit.* quæſtionis propoſitæ adnotatur hæc dictio [PHYSIOGNOMIA] quę (nuncupata etiam phyſiognomonia, & phyſiognomica euidentia)

tia) eſt cognitio, qua ex ſignis in corpore apparentibus animorum inclinationes, & corporum conſtitutiones iudicamus, & ita dilucidè ſentit Camillus Baldus in Phyſiogn. Ariſt. Vnde per hoc genus Cognitionis, euitamus controuerſiam, exiſtentem inter aſſerentes phyſiognomiam eſſe artem (occupatur enim circa particularia) & inter affirmantes phyſiognomiam eſſe ſcientiam (cum ſubalternetur philoſophiæ naturali) quam quæſtionem exquiſitè dilucidat, determinatq; dictus Baldus *in ſua Phyſiogn. cap.* 14. Nos autē huiuſmodi quęſt. ſanctionem prætermittemus, cum ad noſtrum propoſitum nihil conducat. Vtrum autem huiuſmodi phyſiognomia conſiſtat in inſpectione Frontis (in qua Prudentiæ, & Sapientiæ ſedem natura poſuit) an in inſpectione Oculorum, ex quibus non modò animi paſſiones, vti præcipuè Triſtitia, Amor, Odium, Ira, & Inuidia, non modò qualitas ingeniorum (vti Stoliditas, Fatuitas, Perſpicacitaſq; facilè deprehenduntur, ſed etiam variæ corporis ægritudines actu, vel ſaltem potentia imminentes) videtur eſſe non parua diſſenſio inter ſcriptores:

Vtrum Phyſiog. ſit ars, an ſciētia.

Vtrum Phyſiog. conſiſtat ī frōtis, an oculorū inſpect.

Prud. & Sap. in fronte.

Animi paſſion. & ingeniorum qualitas ī oculis.

Equi-

Propria ſētētia.

Equidem animaduertens omnia, quæ præſenti tractatui de Podagra conducere poſſunt, ſtatuerem, phyſiognomiam deſumi non ſolum ex Fronte, & ex Oculis, ſed ex vniuerſo corpore (principaliſſimus autem ſecundum Ariſt. locus eſt circa Oculos, & Frontem, Caput, & Faciem: ſecundus verò circa Pectus, & Humeros: cõſequenter circa Crura, & Pedes, qui deniq; circa vẽtrem, minimus.)

Vngues nõ pedũ, ſed manuũ perpẽdẽda. Chyrom. nullã in ſe ꝑbabilitatem habent.

Quinimmò ex vnguibus (non tamẽ Pedum, Baldi admonitio *de vnguium præſagijs cap. 2.*) ſed Manuum; quarum vngues conſiderantur à nobis, non vt *Chyromantis.* (cum ipſi de futuris contingentibus, & de fortuitis caſibus ſe multa aſſerant, hinc nullam in ſe probabilitatem habent) ſed vt phyſicis, qui ratione vtuntur, vſurpantq; demonſtrationes, à ſignis ſumptas;

Phyſici demõſtr. vtũtur.

Ex qbus deſumãtur vnguiũ differentia.

quocirca ex ipſis vnguibus, non modò quo ad illarum differentias (deſumptas à Subſtantia, à Quantitate, Qualitate, à Loco, ab Actione, & à Paſſione, de quibus ſingulis Camillus Baldus loco cit.) verum etiam quo ad ipſarum maculas circa ipſarum Colores, Figuras, & Locũ:

Vnguiũ maculæ ĩ quonam cõſiſtãt?

Immò etiam quo ad manum dextram, & ſiniſtram, vt etiam

quo

quo ad varietatem digitorum, Pollicis ſcilicet, Indicis, Medij, Annularis, & Auricularis. Præter vngues Phyſiognomico fiunt obuiam in corpore humano, Et Næui, Et cutis Maculæ, quæ ambo hìc conſiderantur non ſecundum Aſtrologos, volentes ex vtriſque inferre, mox dominiū; mox hæreditates; mox infortunia; & huiuſmodi inania; ſed ſecūdum Medicorum opinionem, cum dictas Maculas, & Næuos arbitrer cum varijs ſcriptoribus prouenire non ex Planetis, neque ex Signis, at ex natura humorum, in corpore humano redundantium: quare ex ſanguine proueniunt maculæ Flammeæ, Rubeæ, Roſeæue. Ex Pituita verò ſine ſalſedine albæ, at cum ſelſedine albæ ſimul cum ſquammis, ac pruritu. Sin autem ex Bile modò Pallidæ, modò Flaueſcentes, modò virides, ob diuerſitatum ſpecies ipſius Bilis, vt diffuſius *lib.3. cap.31.* Tandem ex Melancholia Maculæ liuidæ, & ſi nigræ, abſq; luciditate. Nigræ autē, ſed cū luciditate ex Atra bile, quā eſſe differentē ab ipſa Melācholia demonſtrabo *lib.3. cap.32.* Atque ita nos inter huiuſmodi Maculas, vt etiam inter Næ-

Digitorū noīa.

Naui, & cut. macula cōſ. à Phyſiognom.

Naui, & Mac. qd ſign. ſecūdū Aſtrolog.

Quid ſignif. sm̄ Medicos

Quæ Macula pp. ſāguinē.

Quę pp. Pituitā.

Quę pp. Bilem.

Macul. et Næuos

diuerſa ſignif. ob locorũ diuerſitatem. uos exiſtentes in parte dextra, vel ſiniſtra, nullam facimus differentiã; in parte autem ſuperiori, aut inferiori, non paruam, vt etiã fit ab iiſdem Aſtrologis, qui varia enunciant de vtriſq; in partibus dextris, ac ſiniſtris (vti etiam per reſpectum ad ſexum) *vnicuiq; corporis humani parti p̃eſſe ſigna & Planetas.* cum opinentur cuicunq; humani corporis parti certum aliquem Planetam, & Signum præeſſe, Atq; illud ſufficiat à nobis dictum de voce Phyſiognomiæ. Sequitur in titulo [COGNOSCANTVR] ideſt ſuaptè natura, *l. de cõp. med. per genera. l. 3. c. 2.* vel accuratè ſciantur, ſeu perſpicuè reddãtur, manifeſtenturuè ex Gal. Deinde [PODAGRAE CAVSAE] ideſt origines, principiauè ex Gal. *l. de cauſ. procatarticis. c. 1.*

Progrediamur modò ad quæſtionis noſtræ ventillationem, in qua diſquiritur, an poſsit cauſa Podagræ dignoſci per cognitionem phyſiognomiæ. *Pro parte negat. eſt Sueſſan. eius cauſa vna.* Pro parte Negatiua. Erit Sueſſanus, qui opinatur tum Phyſiognomum non eſſe virum ſcientificum, ſed ſolummodò Empiricum, vt qui ſola experientia moueatur: tum Phyſiognomicorum ſignorum cauſas quærentes *Altera verò.* imprudenter agere, cum hoc agere ſit egredi facultatem phyſiognomicam; opinatur

enim

enim Phyſiognomicum animaduertere tãtummodò ſigna, & non cauſas illorum. Huiuſmodi auctoritas fulcitur duabus rationibus; quarum Altera ſi Phyſiognomia *Arg. 1. pro Neg. parte.* eſt inter artes diuinationum, ergò ex Phyſiognomia non poſſunt cognoſci cauſę Podagræ. At primum ex Io. Baptiſta Porta; *In pem. ſua cæleſt. phyſionom.* ergò & ſecundum. Probatur conſequentia; Nam ex nulla arte diuinationum (quę omnibus ſemper temporibus præſtiterunt) cognoſci poſſunt cauſæ alicuius morbi, ne dum ipſius Podagræ, cum ars diuinatoria, *l. de Præcogn. ad poſthumũ. c. 1.* cuius meminit Galenus, ſit de illis futuris, quorum veritas nulla eſt determinata. Altera, ex Phyſiognomonia cognoſcuntur *Alterum arg. pro Neg. parte.* naturales virorum, perindè ac fœminarum inclinationes ad vitia, & virtutes, Ariſt. doctr. in ſua Phyſiognom. c. 6. & 9. Ergò ex Phyſiognomonia non cogooſcũtur Podagræ cauſæ. Conſequentia ex hoc probatur, quia ex inclinationibus naturalibus ad vitia, vel ad virtutes (vti exponitur ab Ariſt. in libris Ethic.) non producuntur Podagræ cauſæ. Hactenus de illis, quæ roborant partem negatiuam: Conuenit modò, vt quæ parti affirmatiuæ fauent, addu- *Pro affirmatiua parte.*

camus, adducemuſq; vnum argumentum, vt Architectonicum, nempè. Signa ex quibus cognoſcuntur homines ſubiecti & Flatibus, & Deſtillationibus, & Crapulę, & Otio, & Libidini, & Motibus, & Somno, & variis animi Accidentibus; vti etiã Sanguinei, Bilioſi, Pituitoſi, & Melancholici, ſunt eademmet, ex quibus cognoſcuntur Podagræ cauſæ. At ex Phyſiognomia cernuntur ſubiecti & flatibus, & cæteris omnibus iam dictis. Ergò ex Pyſiognomis cognoſcuntur cauſæ Podagræ.

Maior non eſt dubia conſideranti, quod Podagra ortum ducit ab vna ex commemoratis cauſis, vt iam in varijs capitibus hucuſq; tradidimus.

De morb. vulg. l. 8 In Phyſiognom. c. 6. et 9. 3. de vſu part. c. 5

Minorem autẽ exemplis varijs demonſtrant varij auctores, ac maximè Hippocr. Ariſt. & Gal. Præter Io. Bapt. Portam, Camillum Baldũ, Cornelium Ghirardellũ, & alios loquẽtes in hoc propoſito de Capillis, de varijs Macularum generibus, & Næuis.

Apud nos autem Quæſtionis difficultatem dirimet multiplex diſtinctio: qua poterit more Dialecticorum defendi vtraque dictæ quæſt. pars.

Ergò

Ergò ex Phyſiognom. cognoſci Podagræ cauſas vel (ſm Auic. l. 1. f. 2. d. 2. in verbo vniuerſali de cauſis)

- externas; & tūc (ex Io. Bapt. Porta) vel vt
  - Dependeant ex ſolis ASTRORVM influxibus: [*Nullo pacto*] quandoquidem hominum effigies (vt etiam ipſarū Accidētia, quæ pcipuè sūt Capilli Maculę, ac Næui) quas ipſis hominibus impertiunt ſinguli Planetæ (dū ſunt geniture domini) ſunt infidę, vt adnotat Cornelius Ghirardellus in ſua Caphalogia.
  - Emanent ex elementorum qualitatibus VTRIQ; nam Phyſiognomicus hoc pacto ſumit ſua principia à Philoſophia naturali. Camilli Baldi doctr. in Phyogn. Ariſt. c. 14.
- Internas, & tunc ex Ptolomæo in centiloquio, vel tanquā
  - Neceſſarias [*Non*] Canones .n. ex Phyſiogn. interdum redduntur fallaces.
  - poſsibiles, & tunc Podagrę cauſas cognoſci ex Phyſiognomia, vel ſecundum
    - Illa, quę, dū in aīa exiſtūt, corp' nō mutant [*Nequaquā*] quoniam à Phyſiognomico cognoſcuntur illa tm̄, quę in aīa exiſtentia, corpus mutare poſsūt.
    - Illa, quę dū in anima exiſtunt, corpus mutant, & tunc Phyſiogn (ſecundum Ariſt. in l. de Phyſiogn.) Podagræ cās cognoſci, Aut p ſigna
      - Cōia: [*Haudquaquam*] etenim ſigna Phyſiognom. cōmunia nihil certi docent.
      - Propria, & tunc Podagræ cauſas cognoſci ex ipſa Phyſiognom. Vel ex Camillo Baldo, vt exiſtimatur.
        - Philoſophię Naturali nō ſubalternata [*Nequaquā*] ſic .n. inter diuinat. art. cōnumer.
        - Subalternata naturali Philoſophiæ: [*Vtique*] nā ex huiuſmodi Phyſiognomonia ſingulorum morborum (ne dum Podagræ tantum) cauſæ deprehenduntur; itaq; in Medicis huiuſmodi eruditio, vt coniuncta cum ſcientia, & experientia, quam Græci παιδίαν vocant, elucеſcet.

Vtrum

Vtrum Genethliaci prædicere queāt aliquem eſſe Podagræ doloribus ſubiectum, & ob quam cauſam. Cap. XXXVI.

SI hoc tempore (vt pro inſtituti ratione decreueram) reliquiſſem occaſionem exercendæ medicinæ (priſcis temporibus tanti æſtimatæ ob Reges facilè, Principes, ac omninò ingenuos viros eam exercētes) demonſtrare auderē, quanti referat Aſtrologiam cum Medicina aſſociarę, tum ob faciliorem ſingulorum morborum expulſionem, tum ob ægrorum vtilitatem, ac ſatisfactionem; tum deniq; ob Medicorum laudes, & prçſtantiam. Hoc itaque vnum ſimul cum Ptolomæo in ſuo Quadripartito (dum verba facit de Medicis) hiſce diebus enuncio, *Nihil eſſe inter mortales, quod adeò repentè exornet, nobilitet, & demum claros, & conſpicuos reddat Medicos, quam coniunctio Aſtrologiæ cum ipſa Medicina.* Quocirca Græci, Arabes, ac Latini, Medici non vulgares. (Quorum meminit Gal. *l. de Præcogn. ad Poſth. c. I.*) ſunt ſemper conati vtramque ſcientiam ſimul coniūgere, cum per-

Cur medicina olim æſtimata.

Medicina, cum Aſtrologia coniungēda

Quidnā reddat Medicos claros.

perpetuò fuerint opinati Medicos non fore illos, qui curant, ſed vnà cum *Hipp. l. de Medico. & Antonio Meliſſa, fore illos, qui nihil eorum, quæ poſſunt conducere vtilitati, & curæ ægrorum, prætermiſerint.* Cæterum omiſsis ijs, quæ ad Inſtitutum noſtrũ tractatum nequaquam ſpectant. Notabo primò dictionem [GENETHLIACI] & à Latinis NATALITII, quos in noſtro tractatu animo concipimus, non eſſe illos homines, qui referunt ad geniturarum iudicia priuatam cuiuſque hominis vitam, tum quo ad ſtatum corporis, tum quo ad eiuſdem accidentia bona, malauè futura, ac omninò conditionem, vt olim præſtiterunt Aegyptij, Chaldæi, Iudæi, plerią; Arabum (vt qui nihil non Planetarum poteſtati ſubijcerent) & quidam Imperatores ob STATVS rationem, vt legitur apud Hiſtoricos de Tiberio Cęſare, & Adriano Imperatoribus, quorum ille, explorato Anno, Die, & cum minutis Hora, qua nonnulli Ciues Romani fuiſſent nati, eos interficiẽdos quamprimum curabat, cum haberent Geneſim imperatoriam. Hic autem perpenſis propenſionibus ſingulorum Romanorum

Quinã ſint veri Medici.

Quinã dicãtur Genethliaci.

Cur Chaldæi, Aegyptij, &c. fidãt natiuitat.

Cur Tiber. Caeſar quoſdam Roman. interficiẽdos curauerit.

Adriani conſuet. propter natiuitatũ peritiã.

norum vel ad Litteras, vel ad Mercaturas, vel ad Arma, omni conatu ſtudebat, vt propẽſi ad Litteras, Litteris incumberent; Cæterũ ad Mercaturas mercaturis; & ad Arma, armis; permotus verbis Ptolom. l. 2. c. 2. *In* NATIVITATIBVS *ſi conſtellatio monſtrauerit* HVNC (*puta Leucippum*) *fori Medicum; tunc ſcias ipſum fore in illa ſcientia perfectiſsimũ* (*ita etiam patet de iuris Conſultibus, de Nautis, de Diuitibus &c.*) *ſin autem conſtellatio id non monſtrauerit, & tamen Leucippus fiat Medicus; tunc ſcias, ipſum fore, aut talis ſcientiæ indoctum, aut parum profecturum.* Subdit poſteà idẽ Auctor: *Tales variationes in natiuitatibus obſeruantur, vt plurimũ, & non neceſſariò.*

Altera imperatoris cõſuetudo.

Amplius admonebat Aediles, vt ſi qui ex illorum genitura deprehenderentur vitiis dediti, maiòrem curam, ac diligentiam adhiberent in eorumdem educationibus, quã erga illos, qui erant virtutibus propẽſi. Aiunt etiã eoſdem Aediles cõmonefaciebat: *vt ſi in Geneſi quarumdam puellarum indicaretur* STERILITAS, *operam darent, ne illa lateret illuſtres familias, quibus dicta puellæ nubere vellent.* Præter iam dd. Genethliacos ſunt facilè noſtris temporibus aliqui aucto

res

res maximè inculti æquo diuinandi cupidiores, qui volẽtes Aſtrologiam amplificare conantur demonſtrare Singulis, quanti referant NATIVITATES tum propriæ, tum deſcendentium, Nõ quidem, vt valetudines colligant, & morbos imminentes euitare ſtudeant; Non vt propenſiones natorũ magis eluceſcant, ſed moti; Vel propter AMBITIONEM, vt narratur de Firmico Aſtrologo. Vel propter LVCRVM, vt eſt commemoratio Bartholom. Cocles. Vel pp BENEVOLENTIAM ſibi comparandam apud gẽtes, vti ſcriptum eſt de Nigidio Aſtrologo, qui dum eſſet in aula Friderici Secundi Imperatoris, ſummâ obſeruantia colebat Comitem Habſpurgenſem, quamuis pauperem, cum reliquos longè potentiores flocci penderet; cauſam ab Imperatore rogatus, reſpondit: *Dictum Comitem, cum prolis tua deficiet, futurum Imperatorem*; & ita ex memoria publica ſucceſſit: Qui ſanè Aſtrologus nullam ſibi comparaſſet beneuolentiam, neq; apud Alfonſum Aragoniæ Regem, neque apud Eminentiſsimum Cardinalem Franciſcum Sfortiam. (Prætermitto interim quamplurimos alios noſtrorum temporum

Genethl. pp ambitionem.

pp lucrũ.

Propter beneuol. ſibi comparand.

Nigidij Aſtrologi reſponſ. ad Imperatorẽ.

Genethl. reiecti ab Alfonſo Arag. Rege, & ab Eminentiſs. Frãciſco Sfortia.

Cur Genethl. reprobarẽt ab Em. Sfortia.

Cur à Rege Arag. reprob.

Qui Genethliaci omninò reprobandi.

Cur Agrippa Geneth. ab Vrbe reiecerit

a S. R. E. ſuſpecti ex Bulla Sixti V.

Principes) quorum vterque maximo odio proſequebatur Genethliacos: Hic enim, quia omnes dixerant illi, tantum virum fore Summum Pontificem. Ille autem, quia opinabatur Aſtrologorum obſeruationes extra Medicinę, Nauigationis, Agriculturæq; vſum, eſſe futiliſsimas, & rarò non ementientes eorum prædictiones, quare in neutrius Curia huiuſmodi homines fuerunt vnquam viſi; ſicut neq; ALCHIMISTAE: Vterque poſtmodum erat in opinione, vt Genethliaci multis inanib. deliramentis vterentur (vt puta ſortibus, ſignorũ Faciebus, Simulacris, & huiuſmodi aliis.) Quinimmò illorum operibus Dæmones ex pacto, vel tacito, vel expreſſo diuinãdi grã immiſcent, quamobrem ipſi Genethliaci à vulgo irrident, à ſapiẽtib[9], & prudẽtib[9] reprehendũtur; ac omninò sũt apud ſingulos exoſi: Vnde optima ratione huiuſmodi hominum genus (vt principibus infidum, & credentibus fallax) Agrippa cum Augusti Cæſaris temporibus Romæ Aedilis eſſet, nulla interpoſita mora, neque fauore alicuius ex vrbe eiecit. Et quid plura? nonne eſt ſuſpectum à Sancta Romana Eccleſia,

ſia, ex Bulla Sixti Quinti, quæ incipit: *Cæli, & terræ conditor*. Sed animo concipimus, *hos Genethliacos eſſe viros illos, qui amore tantum proximi ex alicuius nati tempore abundè, & rationabiliter diſſerunt, iudicantq́ de naturalibus coniecturis hominum temperamenta, & quæ inde ſequuntur*. Inclinationes ſcilicet ad propriæ vitæ Regimen, ad Scientias, ad Artes, ac omninò ad Vitia, & ad Virtutes; *& ſi ad Virtutes, modò Intellectiuas, modò Morales; & ſi ad Morales, mòdò ad Semiuirtutes, modò ad Virtutes ſimpliciter Morales; & ad haſce modò minus principales, modò magis principales, per quas ſingulas vagantur Virtutes* HEROICAE. Iudicāt etiam huiuſmodi Genethliaci propter proximum morbos ferè ſingulos natis imminentes, morborumq́; cauſas; Membra tandem humana, fortia, debiliaue, vt natorum ſanitates conſeruentur, & infirmitates quam maximè remoueantur; Sic .n. præſtiterunt ex MODERNIS Io. Baptiſta Porta, Io. Antonius Maginus, & Io. Antonius Roſſenus, qui ob hanc cauſam in hac ſcientia quam maximi ſunt æſtimati.

Qui Genethl. ap probētur et qua de cauſa.

Virtutū diuiſ. ſm Ariſt. in l. Ethic.

virtutes Heroicæ per ſing. virtutes Mor. vagantur.

Genethl. officium.

Abinuicē poſtea videntur certare. Vtrū ad hoc iudicandum, *ſit plus momenti in infan-*

Dubitatio ſcitu digna pp Genethl. *tuli ortu* (qui attẽditur iuxta partus horam, qua infantulus egreditur) *an verò ante ortum eiuſdem*; & ſi ante ortum, Vtrum *in hora caſus ſpermatis in matricem* (hinc orta eſt filiorum ſimilitudo, de qua in c.18. cum propriam, cognatamq́; materiam naturaliter ſibi aſciſcat fœtus) *an verò quando ſperma viri, & mulieris incipiat aſſumere formam* EMBRIONIS. Vt vt eſt, exempla ſunt vtrinque

Determinatio dubitationis. apud ſcriptores, ſecundum Ptolomæi opinionem. ANIMADVERTO autem pro huius tractatus ratione, non eſſe neceſſe, huic, vel illi principio inſiſtere, aut inhærere; ſed

Ex quib. pranoſc. natus diſpoſitus ad Podagram. ſat eſſe ex LVMINARIIS, PLANETIS, ac SIGNIS, pænoſcere Natum, diſpoſitum ad ægrotationes PODAGRICAS, harumq́; cauſas, & diuerſas, vt paulò infrà demonſtrabimus.

Notatione dignũ Probabilius autem videtur, ſi *quis conabitur coniungere horam egreſſus infantuli cum caſu ſeminis virilis in vterum maternum recepti, & ſimul etiam cum ſperma viri, & mulieris, dum inceperit aſſumere formam embrionis*. Id quod

Genethl. conſuet. propter figurarũ ſcientiã. fiet notum apud Genethliacos per conſiderationem Lunæ, in themate natalitio per ANIMODAR rectificato, ſiue ſupra terram, ſiue ſub terram; & apud Ephemeridas per

gra-

gradum Solis in meredie eiuſdem diei ſupputatum, vti adnotant varij Genethliaci, vlterius tamen proſequentes ob eos, qui sūt nati ex menſe ſeptimo vſq; ad vndecimū.

Additur in tituli declaratione, vt ad rem redeam [prædicere] ideſt ſignis præſentire, non certò, ſed vt plurimum, & exactè; & ad probabilem vſque expectationem. Accedit [Et ob quam cauſam] ideſt quæ nam ſit cauſa, propter quam, quis futura præcognoſcens, poſsit HVNC (Democritum ſcilicet) eſſe doloribus podagricis ſubiectū: ILLVM autem (nempè Leucippum) nequaquā eſſe ab affectione podagrica vexandū. *Quid ſit prædicere.*

Ad quęſtionē modò deſcendendo, lubet in medium proponere non paucos, qui partis negatiuæ opinioni ſuffragentur; ſuntq; inter varios auctores PNEVMATICI, è quorū numero eſt Archilaus, Praxagoras, & Crito, aſſerentes Genethliacos haud poſſe prædicere, aliquem fore Podagræ ſubiectum, cum putent omnia, quæ in nobis fiunt, fieri ex ſenſu, ac per ſenſum, inde Auguria, Portenta, Inſomnia (de quibus abundè in cap. 36.) & Aſtrologiā (vtq; ſupra nos eſt) contemnunt, teſte Gal. 1. *de naturalib. fac. c.* 12. *Auctores pro Neg. parte.* *Horum cauſa.*

Pro

Theſſalus cõtra Hippocr. ſcripſit. Pro hac eadem parte eſt Theſſalus ille, qui contra Hippocr. ſcripſit, arbitrans artem ASTRONOMICAM eſſe nullam, ac MEDICVM non indigere Geometrię, non Aſtronomię, non alicuius alterius Mathematicæ diſciplinæ, vt neque Dialectices, neq; vllius bonarum diſciplinarum: *idq́ facile, nam, cum ipſe adhuc ſenex eſſet, à magnatibus, ne dum à ſuis Conciuibus Romanis abſq; vlla dictarum ſcientiarum peritia, plurimi fuerit ſemper æſtimatus.* Cui ſermoni Gal. 1. *Meth. med cap. 1. & l. ad Poſthum. c. 1.* oppugnare noluit; ſubdit tamen: *Non qui Medici melius artem medicam callent, ſunt magis in pretio apud* MAGNATES, *&* ROMAE *Conciues, ſed qui nouerunt frequenter ſalutare Principes, per Urbem comitari; eis tum miniſtrare, tum iocos, & facetias referre, ac omninò aptius adulari.* Adduntur verboſi perindè, ac circulatores, & ſecretis in morborũ curatione, abſq; ipſorũ cauſæ ſcientia vtentes; cũ his Medicis dd. ędium fores pateant, plurimumq́; apud tantos viros poſsint.

Teſſ. error maximus.

Erroris cauſa.

Argum. pro parte Negat. Primũ. Sunt modò variæ diuerſorum rationes, inter quas erit Prima, ſi Genethliaci poſſent prædicere aliquem fore Podagræ ſubiectum; ergò poſſent etiam prædicere ali-

quem

quem fore Surdum, Mutum, Epilepticum, Fatuum, & paſſurum alias ægritudines; ſed conſequens eſt falſum, ergò & antecedens. Conſequentia probatur ex hoc, quia illi, qui poſſunt prædicere aliquem fore Podagræ ſubiectum; poſſunt etiam prędicere aliquem fore ſubiectũ ſurditati, & aliis morbis, cum non videatur minor ratio huius, quam illius, ex Andrea Taurello. Aſſumptum probatur, ex Bonif. Vannozzo *in admon. Polit. l. 3.* cuius cauſa eſt, nam Genethliacorum prædictiones ſunt fallaces.

Secunda, ſi Genethliaci, & cæt. ergò Genethliaci ſtatuerent, aſtra eſſe ſigna, quinimmo cauſas Podagræ in ipſis hominibus, Podagræ ſubiectis; ſed conſequens eſt falſum, ergò & antecedens. Conſequentia deducitur ex traditis à Ioanne Hasfurto. Aſſumptum autem probatur ex Benedicto Pererio *l. 3. de diuinat. Aſtrologica. c. 4.* ***Secundũ Argum. pro Neg. parte.***

Affirmatiuæ autem parti (et ita patefiet declaratio in titulo huius quæſtionis [OB QVAM CAVSAM] ſuffragantur variæ obſeruationes à Iatromathematicis, & à me ipſo factæ, tum vniuersè, tum Sigillatim. ***Pro Affirmatiua parte***

Vniuersè quidẽ per reſpectum ad LVMI-

NA-

Lumin. virtutes

naria, quæ ſunt omnium viuentium vita: Et certè Solis (qui vti calor naturalis corporis virtutes cuſtodit) ratione; Nã ſi quis

Varia cauſa cò ſolã quidem intẽperiem.

naſcatur, dum Sol eſt in prima facie Aquarij, ibiq; ſit Mercurius, tũc natus erit ſubiectus doloribus Podagræ, cauſatis ob ſolã intemperiem, de qua in cap.25. Sin autem fuerit in ſecunda facie Leonis, & Luna

Cæterũ ob fluxionem calidam.

fuerit ab ipſo Sole reſpecta aliquo improbo aſpectu; tunc ob fluxionem calidam. Frigidam verò (de qua vtraque cap. 11.) ſi Sol fuerit in Tauro, & Saturnus reperiatur in domo ſexta, etenim Saturnus in domo ſexta, & præcipuè afflictus vel à Sole, vel à Marte; efficit pituitoſos, & fluxione plenos; multoq; magis, ſi Mercurius ei confi-

Quando Podagra cã ſit pp cibũ, & potum.

gurabitur. Amplius ſi fuerit Sol in Piſce, ibiq; ſit Mercurius; tunc natus facilè patietur Podagram ob cibum, & potum, de quo in cap.12. In Capricorno autem, ac ma-

Propter crapulã.

ximè ſi Mercurius, & Saturnus fuerint in octauo loco coniuncti in genitura diurna, propter Repletionem, ac omninò Crapulam, legatur itaq; cap.15. & 16. Rurſus

Propter vitã ſedẽtariã.

vbi Sol reperietur in tertia facie Geminorũ cum Luna; tunc natus laborabit Podagra ob

ob vitam ſedentariam, ſeu nimiam quieté, de qua in c.17. Cæterum in ſecunda facie Arietis cum Venere (non tamen combuſta) ob vſum venereum, & præcipuè intempeſtiuum, vt in cap.18. Podagræ quoque doloribus ob copiam flatuum (de quibus in c.26.) affligetur natus, quotieſcunque Sol erit in ſecunda facie Cancri cum Saturno. Sin autem in Sagittario cum Luna, eo caſu ob ſomnum, de quo in c.19. Propter animi accidentia (de quibus in c.20.) contingunt etiam interdum dolores Podagrici, dum præcipuè Sol reperietur in Virgine cũ Saturno; in quo Virginis ſigno ſi fuerit Sol cum Marte, tunc facilè huiuſmodi dolores contingent ob vitium ſeminis parentum, interim videatur cap. 23. Tandem ſi Sol fuerit in Libra, ibiq; reperiatur Luna, lumine adaucta, & cum Mercurio; tunc huiuſmodi Podagra continget perſonis ob Pletoriam, vel Cacochimiam, de qua vtraque in c.24. Additur autem cauſa aliqua maligna, & quaſi venefica (de qua in cap.29.) idq; euenit vbi Sol fuerit cum Marte in Scorpione, non inficias eundo, quod ibi poſsit eſſe aliquando Saturnus cum Luna.

Propter vſũ Venereum.

Pp flatuũ copiam.

Propter ſomnum

Pp animi accidentia.

Ob vitiũ ſeminis parentũ.

Ob Plethor. ſeu Cacoch.

Ob cauſ. malignã & quaſi veneficã

Luna virtus. Lunæ poſtmodum reſpectu nempè ob ſitum illius (à cuius virtute omnes recipiunt opera, & mutationes validiſſimas, ex Ptolom. l. 1. c. 2. vndè humanorũ corporũ eſt ſignificatrix, cũ ſit nobis maximè propinqua) quandoquidẽ Si Luna fuerit in Ariete, & maximè infortunata à Saturno, tunc nato facilè accidet (& citò) morbus Podagricus, & difficilè curabitur ob fluxionem a capite; quamobrem propter intemperiem cerebri, de quo cap. 7. & 27. *Quando Podagra difficilè curab. ob fluxionẽ à capite.* Cæterum ſi Luna extiterit in prima, vel ſecunda facie Cancri, coniuncta cum Ioue, ſed poſteà malè aſpecta à Marte; tũc natus erit ſubiectus morbo Podagrico propter Hepatis (de quo in cap. 27.) obſtructiones: *Ob hepatis obſtruct.* Vti etiã propter calidam Cordis (de quo cap. 7. & fol. 133) intemperiem, vbi Luna reperietur à Sole aliquo pacto infortunata in ſecunda facie Leonis; *pp cordis intẽper.* perindè ac cruditates in ventriculo (vt in cap. 27. fol. 134.) *pp Cruditat. in ventric.* Si Luna fuerit in principio primæ faciei eiuſdem Leonis; quotieſcunq; infantulus naſcetur, præcipuè autem ſi Venus fuerit in cœleſti figura debilis, vel à maleficis afflicta. Amplius ſi Luna erit in Cancro, in diame-

tro

tro Saturni, nulla benefica radiatione intercedente; tunc natus facilè patietur Podagram propter obſtructionem Lienis (de quo.cap.7. & fol.135.) vti etiam in Libra, reſpecta tamen improbo aſpectu à Marte, ob intemperiē Renum (de quibus cap. 27.) Inſuper, quando Luna erit in Sagittario, & ipſam reſpexerit Mars bono aſpectu; tunc dolores podagrici contingent (vbi patientes afflixerint) ob Flavae bilis (cuius meminimus cap.27.) cauſam. Sin autem ipſam reſpexerit Mars prauo aſpectu; tunc huiuſmodi dolores ob Atram bilem cauſabuntur. Ob Pitvitam verò quotieſcunque Luna fuerit in Aqvea Triplicitate à Saturno infecta, abſque fortunæ aſpectu. Verumenimuerò propter Sanguinem modò diſtinctum à cæteris humoribus, modò cum aliis miſtum, ſi reperietur (vbi naſcetur infantulus in Geminis, aut Libra, eoq; magis ſi fuerit creſcens, in ſexto loco, & coniuncta cum Mercurio. Tandem propter Pedvm (vti etiam omnium Articulorum) imbecillitatem, quotieſcunque Luna fuerit in Capricorno, Aquario, & Piſce: hoc tamen diſcrimine, vt ſi fuerit in Ca-

Propter Lien. obſtruct.

Propter intēper. Renum.

Prop. bilem flavam.

Prop. bilem atram.

Prop. pituit.

pp Sanguinem.

Prop. pedum imbecilit.

Digitized by Google

Ob prauũ vitæ regimẽ. PRICORNO; tunc articulorum imbecillitas contigerit ob prauum vitæ regimen. Sin autem in AQVARIO; tunc ob infectionem pp infec. ſeminis parentũ. ſeminis PARENTVM. Sin denique in PISCE; tunc ob vtrumque. Additur Luna in Scorpione, quæ in trizodia aerea (ex Magino) à Marte impedita (niſi beneficiorum Prop. aliquã cauſã occultã Gallicã, & oĩo venen. auxilio ſubleuetur) ſolet præſeferre aliquẽ fore Podagræ doloribus ſubiectum ob aliquam cauſam occultam, Gallicam, & omninò venenatam (de qua nos in cap.30.

Dubit. ſcitu neceſſaria. Si cui modò luberet intelligere, Vtrum in Geneſi particularium pro medicina exercenda ſit maior SOLIS ratio habenda, an Lunæ; tunc Ptolomæus l.1.c.9. ſui Quadri-Reſp. Ptolomai. partiti dat reſponſum: *In Genituris de die, tunc maior Solis ratio eſt habenda, cum Sol ſit Planeta diurnus*, (vti etiam obſeruatur apud Maginum, in ægritudinum decubitibus, de quorum doctrina in capitulo ſubſequenti) *atuerò in genituris de nocte, tunc temporis Lunæ ratio eſt maior habenda, cum ipſa ſit Planeta nocturnus*.


Hactenus de cauſa vniuerſali multiplici vndè præcognoſcuntur ſubiecti Podagræ ob diuerſas cauſas: Modò conuenit producamus


camus indiuiduales cauſas è quibus idem liceat indicium elicere: *Non .n. eſt Medicus (vt alias adnotaui ad mentem Hippoc.) qui medetur, ſed quicunque nihil eorum, quæ conducere poſſunt vtilitati, & curæ ægrorum prætermiſerit.* Neque multa nobis opus erit hic inſerere, ſed ſolum, quæ à IATROMATHEMATICIS, & à me interdum fuerint triginta, & quinq; annorum curriculo notata, obſeruataq;.


Lubet itaq; aliqua exempla pro hac eadem parte ſubſcribere, inter quæ erit.



Ge-


188. 19.
Genitura Podagrici ob vsũ Venereum,& malã pedum conformationem.
28. 19.
198. 19.
108. 19.


89. 27.
Genit. Podagrici ob animi accidentia,& pedum intemperiem.
279. 27.
359. 27.
269. 27.



Sunt quamplures aliæ particulariũ virorum ſignificationes (probabiliter tamen, & coniecturaliter) alios viros Podagræ ſubiectos ob alias cauſas, quarum meminerimus in lib. 2. c. 12. atque ita per huiuſmodi Geneſes intendimus occurrere, vt homines Podagra non afficiantur; & ſi afficiantur, multò minori dolore premantur, neq; mirum erit; nam SAPIENS DOMINATVR ASTRIS. Nos poſtea, vt vno intuitu præſentis quæſtionis determinatio eluceſcat, hanc tabellam ex conſuetudine ſubiicimus.

Gene-

Geneth-liacos p trad. ab Ariſt. 1. top. c.6. conſiderari, vel in

- Genere [*Non*] ſiquidem horum Genethliacorũ prædictio eſt incerta, & fallax, quare hoſce improbat R.P.Homobonus p.1. de exam.Eccl. tr.6. c.5. q.22.
- Specie [*Non neceſſe*] quãdoquidem huiuſmodi Genethliaci audent prædicere, ac promittere quamplurima extrà illa, quæ non ſolum ad Podagram, ſed ad ſingulos morbos ſpectare videntur.
- Numero, & hi ſunt vel
  - Iudiciarij [*Nequaq̃*] etenim huiuſmodi homines ponũt liberũ arbitriũ poteſtati ſyderum ſubiectũ, admittũtq; fatum in rebus, atq; ſæpè opera dęmonum, vt diuinent, vtuntur: Vndè reijciuntur à S.R. Eccleſia, & iuſto titulo condemnantur.
  - Non Iudiciarij, & hi ſunt, vel
    - Triuiales [*Neutiquá*] hi .n. ex aſtrorũ intuitu conãtes ſcrutari, quæ pendent ex libero hominis arbitrio, vel diuina prouidentia temerè, ac fortuitò res futuras pręnunciãt, & ob id vituperantur.
    - Excellentes, & tunc ex Ptolomæo, prædicere aliquem fore Podagræ ſubiectum ex conſtellationibus, ſeu influxibus cęleſtibus; Aut certitudine
      - Neceſſ. & infallibili [*Nullo pacto*] Genethliaci .n. nihil certi animo habent, ex Ptol.l.1.c.2.
      - Vt plurimum [*Vtiq;*] nam (vti docet Ptolomæus) ex Aſtrologicæ ſcientiæ præceptis, & obſeruationibus factis à varijs medicinæ Scriptoribus circa Genituras hominum iuxta ſyderum poſitus, & conſtellationes, venit in cognitionem Genethliacus, Illum (putà Socratem) fore nõ ſubiectum Podagræ. Hunc autem (puta Platonem) fore ſubiectum Podagricis doloribus, tùm propter vitium Seminis parentum; tùm propter errores committendos in res non naturales; tùm propter varia humani corporis mẽbra imbecillia; tùm propter Humores varios; tùm deniq; propter cauſam aliquã malignã, & veneficã.

Vtrum

Vtrum ex figurarum cæleſtium configuratione in Podagræ principio, humorum etiam malignorum; nec non flatuum natura deprehendi poſſit. Cap. XXXVII.

SCriptum reliquit *Gal. lib. 2. de ſem. c. 1. Sunt meritò non ſolum reprehendendi medici illi, qui animaduerſas in re medica difficultates dedita opera tacent (cum id ſit medici minus probi) verum etiam quicunq; exiſtimat, nihil ea in re dignum quæſtione, id.n. eſt medici imperiti, atq; ingenio tardi:* Cum igitur euitauerimus priorem reprehenſionem: in ſingulis .n. ferè capitibus excitauimus varias difficultates; reſpondimuſq; ſingulis, & pro maiori doctrinæ claritate varia iecimus fundamenta ex admonitione Auguſtini Galeſij Patris mei in ſuis operibus. Nunc autem iure meritò videtur quæſtione dignum. Vtrum ex figurarum Cœleſtium configuratione in Podagræ principio, humorum, etiam malignorum; nec non flatuum natura deprehendi poſſit; libentioriq; animo, nam de ſingulis dubitare nunquam fuit apud

Qui Medici ſint reprehenſione digni. Cauſa.

Qui Medici ſint imperiti.

Auctoris conſuetudo in his capitibus.

Dubitatione cur adducantur.

Ariſt.inutile. Ratione modo tituli quęſtionis propoſitæ in gratiam tyronum, medicæ ſcientiæ incumbentium adnotatur [*ex configuratione corporum cœleſtium*] id eſt, vtrum ex figurã cœleſti, erecta ad ægritudinis initium; quod certè initium non extendetur, vſq; ad tertium diem, vt inuit, *Gal. 1. de triſ. cap. 8.* neq; erit primus dies, *ex Gal. in 1. aph. Hipp. 24.* ſed erit particularis diei hora, ſicuti tradit tacitè *Gal. in Hipp. de vic.* ratione in morbis acutis; DVBITAT poſtea *l. 1. de dieb. decret. c. 6.* Vtrũ hęc diei hora ſit illa, qua ęger decubuit (hinc ortũ eſt nomẽ DECVBITVS.) An illa, qua æger primùm manifeſtò ſenſit morbum; dubitationis cauſa eſt, nam ibi tradit, ſcire principium ægritudinis eſt præcipua, & propria obſeruatio à Medicis facienda. Ego quidem vnà cũ *Gal. l. 2. de diebus decret. c. 2.* enuncio; *Morbi principium non eſſe determinandum, quapiam ratione, ſed cum primum æger ipſe manifeſtò ſenſit morbum*, cum morbi principium ſit illud, quod præbet facultatem, aut materiam ijs, quæ à ſe ſunt exorta, teſte *Gal. in com. Hipp. de Alim. com. 4. t. 26.* Nullo autem

Terminorum declaratio in cõcluſ. propoſita.

Quiunã ſit ægritudinis principium.

Dubitatio.

Obſeruatio ſcitu, & neceſſaria.

Auctoris opinio.

tem pacto hæc diei hora erit hora Petitionis,ſeu Quæſtionis,Interrogationiſue, ad quam olim refugerunt Arabes, & Iudæi Aſtrologi. His etiam diebus nonnulli vulgares Iatromathematici,ęgritudinum principia ignorantes, audent erigere figuras cœleſtes ad illud temporis momentum,quo vrina ægri eſt ipſis oblata,vel quo de morbi auxilio ab ęgroto eſt conſulendum, opinantes tolerandam eſſe hanc doctrinam,cum ipſi horam interrogationis non deliberato animo, ſed quaſi interrupto ſortiri autument.

Morbi principiũ, pro erigẽda figura cœleſti non eſt hora interrogationis.

Quinnã ſit hora interrogationis.

Proh hominũ inſania, Deum immortalem,quam tetræ inſcitiæ tenebræ iſtorum mentes obducunt: Quid verò? progrediuntur vlterius. In illa thematis cœleſtis formatione non animaduertunt HOROSCOPVM (propriam vitæ domum) ſed vnà cũ Arabibus,& Indis,alias domos appropriatas portãtibus vrinam, aut conſulentibus de morbo ægrotantis, ita vt ſi ægrotantis agens fuerit Parens, aut Frater, tunc habẽt rationem Domus tertiæ (Fratrum, vt etiam Parentum propriæ:) Sin autem Seruus, tunc per-

Authoris exclamatio.

Quid cõſiderent Arabes in decubitũ per interrogationem.

Domũs ex figuris cœleſtib⁹ appropriata diuerſis.

pendunt domum ſextam Seruis, vt etiam Aegritudinibus attributam) & ſic intelligendum de cæteris domibus, iuxta ægrotantium agentes attributis; quæ omnia in huiuſmodi caſu ſunt NVGÆ; ſunt DEMENTIÆ, & SVPERSTITIONES, vnde mirum non eſt, quod multi protulerint Aſtrologiam eſſe figmẽtum. Additur in titulo quæſtionis [*Deprehendi poſſe naturam humorum*] id eſt ſciri, ſeu cognoſci poſſe qualitates, ſeu differentias nõ vnius humoris, vt innuit *Hip.4.aph.25.* ſed pluriũ abſq; nota quidem malignitatis, ſed cũ ſuis gradibus, de quibus in capit. 28. Adhuc [MALIGNORVM] id eſt peruerſorũ, & à ſua natura alienorum, vt expoſuimus, in capit. 29.

Tandem [Nec non FLATVVM] id eſt vaporum, de quibus in cap. 26.

Argumẽtũ primũ pro negatiua parte concluſionis propoſita.

Pro negatiua modò parte, & primò ſi corporum cœleſtium cõfiguratio eſt fallax; ergo ex configuratione corporũ cœleſtium non poteſt deprehendi natura humorum, & quæ ſeqq; ſed primum (*ex Ptolomæo l.1. c.2.*) ergo, & ſecundùm.

Conſequentia probatur ex traditis à

Iulio

Iulio Cæſare Claudino *in ſuo trac. de Criſib. & diebus decret.*

Secundò, autem ſi ex corporum cœleſtium configuratione poſſet deprehendi natura humorum, &c. ergo ex aſtris poſſet deprehendi natura humorum, & cætera, ſed conſ. eſt falſum (cum ex aſtris nulla diſpoſitio teſte *Bened. Pererio. l. 3. de diuinat. Aſtrolog.*) Conſequentia fit clara per ea, quæ ſunt à nobis tradita in cap. & de vrinis, & de pulſib. cap. 33. 34. *Argumentum 2.*

Pro Affirmatiua verò parte erit auctoritas præcipua Ioannis Hasfurti *lib. 2. de cogn. & med. morbis ex corp. cœl. poſit. Ioan. Ant. Magini lib. de leg. Aſtr. vſu in medicina cap. 15.* & aliorum ſcriptorum, tractantium de cognoſcendis, & curandis morbis ex corporum cœleſtium poſitione, vbi tradunt quando nam ex figurarum cœleſtium configuratione in ſingulorum morborum (quare & Podagræ) principio deprehēdatur natura HVMORVM vitioſorum; ſed non malignorum, quando etiam natura humorū malignorum; & quando FLATVVM, quorum auctoritati, cum rationibus haſce figuras

cœ-

cœleſtes, à me in Podagræ principio notatas, & obſeruatas. 35 annis, tãquam experimenta, addere placet.







Decubitus Podagrici propter ociū, aut vitam ſedentariam, communiter cum pedum vitio.


Decubitus Podagrici modò propter Plethoram; modò pp Cacochymiā, vnà cū pedum vitio.

De-

cœleſtes, à me in Podagræ principio notatas, & obſeruatas. 35 annis, tãquam experimenta, addere placet.






Decubitus Podagrici propter ociū, aut vitam ſedentariam, communiter cum pedum vitio.


Decubitus Podagrici modò propter Plethoram; modò pp Cacochymiā, vnā cū pedum vitio.

De-



Præter haſce figuras cœleſtes, ſeu ægrotãtium decubitus in Podagræ principio, ſunt etiã quamplures aliæ figuræ à me notatæ, ipſarumq; meminero (propter ſcientiam aliarum cauſarum, præter iam dictas, ex quibus Podagricus morbus interdum ſuboritur) *lib 2. cap. 11. & ſeqq.*

Hanc modo Quęſtionem hiſce diſtinctionibus, vt fert mea conſuetudo, abſoluam.

1. De-

1 Deprehendi naturā flatuū & humorū et Malignorum ex figuratum cœleſtiū configū: cōſtructa vel momēto temporis.

2 Interrogationis. NVLLO PACTO.

3 Morbi PODAGRICI, & tunc configuratio erecta. Vel

4 Inconſideratè. HAVDQVAQ.

5 Præmeditatione, tunc cōfiguratio cœleſtis fabricata, vel in hora

6 Horologij, ſeu Temporali. MINIME.

7 Aſtrologica, & tunc huiuſmodi Configuratio cœleſtis erit abſoluta. Vel

8 Incompletè. NEQVAQ.

9 Completè; tunc ex Configuratione huiuſmodi deprehendi naturam humorum, etiam MALIGNORVM, & FLATVVM. Vel

10 Ab omnibus. NON.

11 Ab aliquibus. VTIQ.

1 Diſtinctio, tradita ab Hippolyto, Obijcio ad ſpheræ cognitionem. cap. 2.

2 Ex Auguſtino Nipho Sueſſano de diebus Criticis. INTERROGATIONIS] id eſt illius temporis momenti, quo cœli thema (demonſtraturum eſſentiam, ſeu naturam ægritudinis cum ſua cauſa, & cum parte illius affecta) eſt tunc conſtituendum, cum Medicus interrogabitur, ſeu conſuletur de aliquo infirmo; & tam cum vrinæ; quam ſine vrinæ oſtenſione. [NVLLO PACTO] ſiquidem figuris cęleſtibus ad interrogationem erectis fidem præſtare eſt AMENTIA, Amētiaq; maxima, ſicuti etiam ore aperto confirmant proprij Iatromathematici. Vndè non extra rem Iulius Cæſar Claudinus (licet alias ipſe aſſeruerit, argumentiſq; probauerit, dies criticos, criſeſq; vi ſyderum prouenire) iam facilè eſt paſſus induci, vt iudicaret, non minus explodendam eſſe quæſtionum aſtrologicarum vanitatem, quam Geomantiæ friuolam ſuperſtitionem.

3 Huic doctrinæ eſt conſentaneus Io. Guido l. 1. de temporis aſtrorum animaduerſione.

4 [HAVDQVAQVAM.] Etenim quæcunq; fiunt inconſideratè (vt etiam illa, quæ caſu) fiunt fruſtrà. Ex Aueiroe l. 12. Metaph.

5 Doctrina deſumpta ex Claudio Medico, & Mathematico de dieb. criticis, ex aſtrorum motu cognoſcendis.

6 Ita ſentiebat P. Ant. Cattaldus de applicat. Aſtrologiæ ad Medicinam, in ſuis priuatis Lectionibus [Horologij Hora, ſeu temporalis] eſt vigeſima quarta pars diei, per quem vnà cum Gal. *l. contra eos, qui de typis ſcripſerunt c.* 7. intelligimus tempus illud vniuerſum, quod diem, noctemq; comprehēdit, eſtq; vnaquæq; æqualis quocunq; tempore. [MINIME] nam figura cœleſtis erecta ſecundum huiuſmodi horam, redditur dubia, eſtq; immò fallax, vti experientia demonſtrat.

7 Legatur Aſtrologica Medicina cuiuſdam Medici Germani, vbi exponit horam Aſtrologicam, enunciatq; horam Aſtrologicam fore iuxta calculationem ephemeridū, & nunquam

quam fore æqualē, niſi in vtroq; æquinoctio, hinc hora Aſtrologica eſt duodena pars diei, ex ortu .ſ. Solis ad occaſum, & tantundem ex Solis occaſu, ad Solis ortum, ex Mathem.conſ.

8 Ex Georgio Gallo de ratione dierum criticorum. [HAVDQVAQVAM] nam ex decubitibus hoc pacto erectis non poſſunt deprehendi humorum vitia, neq; partes in ægrotantibus affectæ, cum aſtra tunc temporis cenſeantur ineptiſſimè influere in ægrotantium corpora.

9 Apud Medicum de Applicatione aſtrologiæ ad medicinam, & de conuenientia earundem.

10 In hac opinione videtur eſſe Cornelius medicus in ſua medicina Aſtrologica [NON] Vulgares .n. ſeu Triuiales Iatromathematici nihil probabile, nedum aliquid veri proferre valent, vt in dies experitur.

11 In hac opinione fuit Iacobus Antonius Matiſcottus Florentinus de decubitu infirmorum. [VTIQ.] nam verbis apertis, clariſq; tradit Io. Asfurtus, & Io. Ant. Maginus locis iam citatis ex figurarum cœleſtium configuratione, in ſingulorum morborum (nedum in PODAGRÆ tantum) principio poſſe deprehendi naturam humorum, etiam malignorum, nec non flatuum, quinimò, & partium affectarum.

Vnde facinus execrabile, peneſq; omnes homines deteſtādum illud eſt, quum quis, Aſtronomiæ ignarus, audet improbare, irridere, atque contemnere hanc ſcientiam, adeo ſublimem, ab Hipp. a Gal. & ab Auicenna tāti æſtimatam propter neceſsitatem in re medica exercēda, neq; vlla excuſatione, ſed omni reprehenſione dignus exiſtimari debet. IVVENES igitur omnes Medicinæ ſtudioſi operam nauent illi Aſtrologiæ parti, ex cuius cognitione, apprehēſioneq; ſingulis ægrotantibus opitulari poſsint; ſic .n. in medēdo via perfecta procedent; neq; vnquam in aliquem errorem incident; quocirca neq; erunt in cauſa obitus ægrotantium; neq; morbos protogabunt, neq; exiſtimabuntur fuiſſe in cauſa, cur vna ægritudo in alteram fuerit conuerſa: perpendentes, quod multorū effectuum inferiorum origo ad cœleſtia referri debeat, vt etiam

confirmat Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Ebulienſis ſuper 4. Deuter.q.5. vbi *Stellæ ſunt omnium inferiorũ naturalium operationes per influxum, & paſſiones naturales*, vt naturales ſunt, neque mouent aliquid libertatis arbitrij; Accedit Nicolaus de Lyra ſuper verbis Ieremiæ c. 10. *Conſulere pro habendo remedio contra diſpoſitiones cæleſtis influentiæ non eſt malum, ſed licitum, & honeſtum, vnde Ptolomæus cum Iatromathematicis protulit.*

SAPIENS DOMINABITVR ASTRIS.

Morborũ ſigna ob præſẽtiam medici cõſiſtunt in Viſu, Auditu, & Tactui.

Vtrũ Medicus curare poſſit per Podagram. Relationem.

Quæſtio à Cardano propoſita.

Et ab Auctore in tr. de feb. peſtif.

In cap. 31. de ſignis ſequentibus ex natura particularis cauſæ, Podagram generantis, tractatur de illis ſignis, quæ ſolummodo videntur ad præſentiam medici, podagram curaturi; quamobrem ibi ego propoſui quæſtionem examinãdam. Vtrum ſcilicet Medicus poſſit, & per relationem abſq; ſua pręſentia ipſam podagram curare; cui dubio reſtat hic loci ſatisfaciamus, cum iam in dicto cap. fuerim pollicitus, me hanc quæſtionem determinaturum in fine huius capitis, cum ſit quæſtio propoſita à Hieronymo Cardano *in conſ. de difficult.* reſpirat, pro omni morborum curatione, ne dum pro ſolius Podagræ medela: tetigi & ego in meo tr. de febre peſtifera. In qua ſanè quæſtione, omiſſis longioribus, & pluribus controuerſijs circa hanc quęſtionem.

Opi-

Opinamur Podagrã curari poſſe per relationem, nam Medicus eximius ex relatione de infirmo accepta abſq; dicti infirmi præſentia poteſt venire in cognitionem omniũ morborum, ne dum ſolius Podagræ, qua in re *Galen. lib. 4. de loc. affect. cap. 2.* fatetur per ſuas epiſtolas *curaſſe multos, & hos per eaſdem curaſſe alios*; Omitto interim eximiorum Medicorum conſultationes, miſſas in lõgiſſimas partes, *nempè in Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, & in Poloniam, interdumq́; approbatas, & confirmatas cum patientium genituris, & decubitibus interdum abſq; vtriſq;*. Neque mihi vllum faceſcit negotium Hippocratis ſententia. *de offic. med. cap. 2.* vbi τὸ σόμα (malè ſcilicet affectum) καὶ ἰδεῖν, καὶ θίγειν, καὶ ἀκοῦσαι ἐςί. ideſt corpus oportet & videre, & audire, & tangere, Gal. poſtea in com. ἰδεῖν μὲν δηλόνοτι τὰ ὁρατὰ θίγειν δὲ τῶν ἁπτῶν ἀκούσαι δὲ τῶν ἀκουςῶν, ideſt videre quidem licet, quæ conſpectui ſunt ſubiecta, tangere autem, quæ tactui; audire verò quęcunq; auribus comprehendi poſſunt. Nec tandem Arabes cum quibuſdam Recẽtioribus, ductis, tũ Hip. ſententia *1. aph. 1.* vbi *Occaſio præceps*, tum Gal.

Podagra poteſt curari per Relatioñe.

Ex Ratione.

Ex Auctoritate Gal.

Ex ipſo ſenſu.

Dubit. cõtrà Auct. opinionẽ.

Corpora malè affecta ſunt Videnda, Audiẽda, & Tãgenda.

Gal. verbis *de opt. ſecta ad Thraſyb. cap. 38.* ex quibus *ægri præſentia eſt vtilis ad morbũ cognoſcendum, curandũq;.* Siquidem Hip. & Gal. auctoritati reſpõderi poteſt, quod eo loci vterq; loquitur, vt multi, tenet autem vterq;, vt pauci: quod etiã interdum præſtat Ariſt. enuncians *(loquendum vt multi, ſed tenendum, vt pauci.)* Arabibus autem, & Recentioribus; Si morbi fuerint Peſtilentiales, aut ẽt Peſtiferi (quorũ differentia fit manifeſta in meo tr. de febre peſtifera) tunc non eſt opus medici (experti ſcilicet) præſentia, cum ſufficiat ſola Relatio. In huiuſmodi.n. Morbis non eſt neceſſe vrinas, neq; faciem, neq; alias corporis partes inſpicere: neq; tangendi ſunt pulſus, neq; aliæ corporis patiẽtium partes; Sin aũt fuerint nõ Peſtilẽtiales, neq; Peſtiferi; tũc ægritudines, vbi dederint inducias, ſufficit Relatio (completa tamen) Qñ aũt nullam dederint induciã, tunc requiritur oĩnò Medici pręſentia ob occaſionem præcipitem, & ob cõſtituendum idoneum tempus pro ægrotantium auxilijs. Huius Quęſtionis determinationem tradunt hoc pacto Dialectici.

Reſp. obiectioni.

Not. Loquendũ vt multi, ſed tenendũ, vt pauci.

Po-

- 1 Podagricum morbum (vt quemlibet alium) curari per *Relationem*, Vel
  - 2 Simpliciter, id eſt per ſolã relationem, & tunc, vel ſecundũ
    - 4 Syrios. Vtique.
    - 5 Italos; tunc vel penes
      - 6 Empiricos. } Vtique.
      - 7 Methodicos. } Vtique.
      - 8 Rationales. Nequaquã.
  - 3 Secũdum Quid, & tunc Relatio eſt tradita, Vel
    - 9 Incompletè; & tunc vel ſecundum illos, qui Medicinam exercent.
      - 11 Diuinitus. Vtique.
      - 12 Humanè. Non.
    - 10 Completè, & tunc per Relationem curari *Podagram* (ſicut oẽs alios morbos) Vel
      - 13 Amuletis. Nihil prohibet.
      - 14 Apotropæis: tunc vel penes
        - 16 Indos. Vtique.
        - 17 Noſtrates. Nullo pacto.
      - 15 Abſq; vtriſq;, & tunc Podagra (vti quælibet alia morbi ſpecies) Aut manualem operationem
        - 18 Exigit; tunc vel ſm
          - 20 Chirurgos. Nõ.
          - 21 Phyſicos. Vtiq;.
        - 19 Nullo pacto exigere videtur. Vtique.

1 Doctrina, deſumpta ex illa Iulij Augenij quæſt. Vtrum liceat pro curandis calculoſis *Renibus Podagram* introducere.

2 Teſte Auguſt. Galeſio, interpretanti dictionem *Simpliciter*, per ſolum, ad mentem Ariſt. lib. 1. Poſt. cap. 2.

3 Huius opinionis fuit Baptiſta Codroncus in libris de Chriſtiana, & tuta medendi ratione.

4 Tartarorum, vt etiam Italorum mores extant apud Maginum in ſua Geografia [*Vtiq;*] ſiquidem Tartari proprios infirmos neq; tangunt, neq; ipſos viſitare ſtudent.

5 Diſtinctio tradita ab Horatio Cino in cura morbi articularis, & Vido Vidio de curat. Membratim.

6 Empiricorum perinde, ac Methodicorum, & Rationalium meminit Gal. pluribus in locis [*Vtique*] Nam Empirici (quorum meminimus fol. 244. nu. 12.) profitentur morborum ideas deprehendere per ſolas relationes, quocirca neque vrinarum, neq; pulſuum (cum præcipuè ſint vtrorũq; ignari) vllam rationem habent in ægris auxiliando. Ecquid mirum? medentur .n. proprio capite, hinc apud Ægyptios nullus reperitur Empiricus, nam proprio capite medentes, & non ſe ſubijcientes, iuxta placita antiquorum Rationalium medicorum, nec non aliorum probatorum virorum decreta, capitis pœna plectuntur, vt ex Herodoto refert Ripa.

7 [*Vtiq;*] ſiquidem Methodici (de quibus fol. 245. n. 13.) dum medentur, putant ſibi ſufficere morborum relationes, & ſuperuacaneas eſſe viſitationes ægrotantium, id quod eſt omninò contra Bapt. Codroncum l. 1. c. 4. idq; facilè, nam opinantur medico ſatis eſſe, vt morbus ipſi fiat notus, abſq; illius qualitate, quam refellit Gal. de Vic. rat. in morb. ac. c. 2. t. 36.

8 Teſte Gal. in comm. Hippocr. de ſalubri Diæta. t. 20. [*Nequaquam*] etenim opinantur nō ſolum per relationem, verum etiam per præſentiam poſſe curari quoſcunq; ægrotãtes; Addunt tamen, quod ſicut idem Medicus vniuocè rationalis, multò facilius medebitur morbis per præſentiam, quàm per ſolam relationem, ita ex aduersò multò tutius curabitur infirmus per ſolam relationem à Medico vniuocè rationali, quàm

per

per præſentiam aut Empirici, aut alterius medici æquiuocè Rationalis, vti quotidiana experientia demonſtrat, & ipſi patientes experiuntur, experiuntur etiam, quod *Adagium* illud [Plus vident oculi, quam oculus] habet locum in medicis eiuſdem conditionis, ſeu ordinis, non autem diuerſæ conditionis, ordiniſue, cum figura dicatur: Nonne plus videbit medicus vniuocè rationalis, quam plures Empirici? aut alij non vniuocè rationales? hoc idem aſſerendum de vno Medico clariſsimo, ab eruditis magni æſtimato erga plures non eximios à quibuſdam tantum æſtimatos: Dicam etiam TVM, ob quæſitũ Codrõci in tr. de Chriſt. & tut. med. rat. c. vlt. dũ inquirit Verum plures medicos conuocare ſit vtilius, & tutius pro ægris: TVM in gratiam ſtudioſæ *Nobilitatis*, nonne vnus Medicus Phyſicus, & eximius, ſolerſq; (abſit odium à veritate) plus videbit, quam duo? ne dicam decem, centumue Chirurgi in curatione Morbi, non requirentis manualem operationem: è conũtrà verò de vno medico Chirurgo erga plures Phyſicos in curatione morborum, exigentium manualem operationem: Huius cauſa eſt, nam Chirurgi à Phyſico diſſentiunt, cum Chirurgi *Semper* nitantur Vulgi auram captare, aut Oſtentatione per verborum apparatus, Aut Altercationibus (non tamen malo ingenio impulſi) Aut ducti Gloria inani, Aemulatione, Odione Phyſicorum Medicorum, vt à ſe diuerſorum, hinc ſalus ægroti venit in dubium, cum ſententiam propriam æſtimẽt pluris Chirurgi, quam columitatem cuiuſcunq; ægrotantis; etiam Chirurgi *Semper* diſſentiunt à Phyſicis in conſideratione medicamentorum Graduum, Quantitate, ac Exhibitionis tempore; *Sæpè* autem in conſtituẽda Idea morborum: *Interdum* in morborum cauſis, ac Prognoſtico; ſic .n. nunquam non fuit à meis præceptoribus

Interpr. Adagij plus vidẽt oculi, quã oculus.

Vtrũ conducat plures medicos conuocare.

Cur Chirurgus differat à Phyſico. Et ſemper.

Et ſæpè. Et interdum.

ribus obſeruatum, obſeruau.q; ipſe, dum medicinæ incumbere cœpi, ſuntq; adhuc. 35. anni.

9 Incompletè, ideſt vel non fideliter, vel non omnibus numeris explicitè, eritq; ſemper, niſi habeatur ratio illorum, quæ à me fuerunt adhuc tradita, & præſertim in cap. 31.

Trincauellius in cōſ. medic.

10 Huic eſt conſentaneus Victor Trincauellius in ſuis conſ. medic. [*Completè*] id eſt fideliter, & omni ex parte perfectè.

11 Teſte Gal. l. de Medicinis expertis, & F. Zacharia Vicecomite [*Vtique*] nam qui Diuinitus (ope ſcilicet diuina) medetur; medetur aut ex propria virtute, vt D. N. Ieſus Chriſtus, dum ſanauit puerum Centurionis, & alios huiuſmodi; aut ex meritis, vel intercesſione Sanctorum, vt legitur de SS. Coſma, & Damiano, necnon alijs. Gal. etiam l. de Medicinis expertis cap. 1. & 6. comparat adinuicem varios medicos, ſcriptumq; reliquit. *Medici altarium* (vt ego vtar ſuis verbis) *ſunt nobiliores, quam alij, cum curent* (ex eodem Gal.) *cibis ſacrificiorum:* quamobrem pro ſanitate infirmis reſtituenda non eſt opus medici præſentia, ſed Relatio ſufficit.

Qui Diuinitus medeantur.

Medicorū altarium vſus.

12 Apud Io. Zechium in ſuis conſ. Medic. [*Non*] etenim ex incompleta, ſeu diminuta Relatione nullius morbi natura (qua neglecta ſecundum Hippoc. fruſtra ſunt curationes) poteſt omni ex parte deprehendi, vt ſit notum per tradita à Reinero Solenandro in ſuis conſult. Medic. & à me in cap. 31. præſentis operis.

Ob diminutam Relationem non cognoſcitur Idea Morbi.

13 De his Amuletis loquitur Gal. lib. de Remedijs paratu facil. & nos fol. 240. M. nec non l. 3. c. 48. particulariter tractabimus de ijs Amuletis, quæ Podagræ conducunt [*nihil prohibet*] nam Amuleta (& ſi nullam medicam rationem habent) operantur, vt inquit Gal. l. 2. de comp. med. ſecundum loca) mi-

Quidnam ſint Amuleta.

mirabili quadam efficacia, hominibus incognita per viam arteriarum; noſtri corporis ad ſe intus ob continuam dilatationem trahétium dictorum facultates,ac vires; atq; pro vt ſunt varia Amuleta, ſic varijs morborum ſpeciebus opitulantur. *Amuleta quomodo operentur.*

14 Horum claré meminerimus l. 3. c. 2. Interim autem ſingulis pateat, quod Apotropæia ſunt remedia ſuperſtitioſa, & per incantationem exercita, cuiuſmodi ſunt ſigna, & verba, non tamen eadem ſemper, ſed pro Dæmonum inſtituentium voluntate diuerſa, interdumq; per naturales cauſas,quas eis Dæmones indicarunt, exhibuerunt pro ſanitate infirmis reſtituenda, doctrina Mag.Io.Pauli Nazarij tractatu de Magia ſuperſtitioſa. *Quidnam ſint Apotropaia.*

15 Ex Chriſtophoro à Vega de Arte medendi. *Chriſtoph. à Vega.*

16 Conſenſu Baptiſtæ Codronchi loc. prox. not. [*Vtique*] nam Indi Medici requirunt ſolum cuiuslibet ægritudinis auditum, cum confidant (ex Gal. de Incant.) iuuare infirmos ſolummodò incantationibus, & adiurationibus, à quorum opinione non videntur recedere Iudæi, fraudis, ac doli architecti, omnium ſcelerum artifices, cum maximè colant execrandas artes ſortilegiorum, incantationum, & magicarum ſuperſtitionum, vt legitur in Conſtitut. Pij Quinti, hoc autem maximè contingit, quia incumbunt magiæ Cabaliſticæ, quæ nullius eſt efficaciæ ad perpetranda miracula, vel mirabilia in infirmitatibus, ſicut erat illa Cabala, ſecundum ſui primam originem à Deo reuelatam Moyſi, & Moyſe ſeptuaginta ſenioribus, Deo iubente, fuiſſe communicatam, ſicque de aure in aurem per multas in illo populo ſeniorum ſucceſsiones, vſq; ad Eſdream, ex doctr. Magiſtri Io. Pauli Nazarij de Magia ſuperſtitioſa q. 12. Caueant igitur omnes ab ipſis Iudæis medicamenta accipere, & præſertim, quæ ipſi cominarint, ſi qui- *Bapt. Codronchus. Indorum med. conſuetudo. Iudaeorum medic. mores, & cõſuetudo. Cabala diſtincta à magia Cabaliſtica. Admonitio ad omnes homines.*

dem ſæpiſsimè adulterant, corrumpunt, atque adeo immiſcent venena illa, quæ poteſtatem ſuam poſt aliquod tempus exerceant, Vel incantationes, & alia id genus addunt, cum inſigni patientium iactura, maximaq; pernicie: Huius cauſa eſt, nam Hebræi ſunt Chriſto, & Chriſti ſectatoribus hoſtes acerrimi, ſemperq; illorum ſaluti inſidias, & dolos inſtruunt: vnde mirum non eſt, quod Imperator quidam fuerit veneno interfectus à quodam medico Hebræo: Tiraquello auctore D. c. 32. ſub. nu. 342.

Imperator veneno interfectus à med. Hebræo.

17 Ex Auic. l. 4. de Aegritudinibus particularibus [*Nullo pacto*] nam in curatione morborum per Apotropæia concurrunt, vel directè, vel indirectè, fallaciæ Dæmonum, qui (vt hoſtes generis humani) ſeducunt hominum mentes, errore, ac vanitatibus implent, auctore Mag. Io. Paulo Nazario de Magia ſuperſtitioſa quæſt. 6. Additur, quod omnis curatio, quæ à magicis artibus, vel ab ipſis Dæmonibus in idolorum cultura experitur, potius mortem, quam vitam affert, ex Codronco, & ex quotid. experientia.

Prohibetur curatio per Magicas artes.

18 Ad mentem Auic. l. 1. fen. 4. doctr. 5.

19 In hac opinione fuit olim Thadæus Florentinus [*Vtiq;*] quandoquidem ex Relatione, fideliter, & completè tradita, medicus vniuocè rationalis facili negocio deprehendet morbi naturam cum ſuis cauſis, partemq; affectam, multoq; faciliori negocio, ſi cum oblata relatione mentio facta fuerit ipſi medico de Aegroti decubitu, & Genitura, vel ſaltem annua reuolutione, quæ Aſtrologiæ diuinatiuæ pars (vt in ordine ad rem Medicam) habet phyſicam certitudinem, & eſt valdè vtilis, & neceſſaria, vti ſcriptum reliquit Mag. Io. Paulus Nazarius de Magia ſuperſtitioſa quæſt. 1.

Relatio fidelis quid cauſet in medico.

Decubitus & Genitura vtiliſs. medico.

20 Gal. Romæ permittit Chirurgis ſuas partes l. 6. meth. med. cap. vlt. [*Non*] cum Chirurgorum

Chirurgorū officiū.

in-

interſit, quamprimum (vbi eſt opus) vrere, ſecare, deligare, aut aliud quid ſimile manibus operari, ita que opus eſt Præſentia, & non ipſorum Relatione.

21 Ex ſententia Hip. l. de decenti ornatu [*Vtiq;*] nam ſicut medicos Phyſicos pudet manuum operationes exercere (cum id ſit artificis, propter quam cauſam Gal. in com. Hipp. de officina Medici c. 1. t. 16. tradit, quomodo ipſi Chirurgi debeant eſſe induti) ita conſueuerunt imperare ipſis Chirurgis (id enim eſt vniuocè ſcientis) cui debent omninò obedire Chirurgi, indigentes pharmacia, & diæta, vti refert Gal. 3. de comp. medic. per genera c. 2. Quo circa Magnates, ſecundum diuerſitatem morborum, quibus ipſi affliguntur, curant ad ſe aduocandos in arte medica peritos; ſed modò Phyſicos, modò Chirurgos; idq; facilè, VEL vt imitentur naturam, quæ fecit vnum (perfectum ſcilicet) ad vnū, & non vnum ad duo, ex Ariſt. 1. Polit. cap. 2. & ſi aliquando natura vtatur vno ad duo, tunc ſecundum Ariſt. l. 4. de part. animal. c. 6. Natura eodem in vtroq; non vtitur, ſed altero in duobus abutitur, ſeu fruſtra vritur, ſicuti ab Ariſt. loc. proximè cit. exprimitur per hanc dictionem καταχρῆται.

Phyſicus nō ex rcet manuum operationes.

Imperat Chirurgis.

Magnatū cōſuetudo.

Naturæ opus.

VEL quia non ignorant Aegyptios aliter, & aliter præſeferre hieroglyphicè Chirurgum, & Phyſicum: Phyſicus enim (vti refert Ioſeph N. N. l. 2. Metamorph. Ouidij) ob ſuam auctoritatem cum prudentia coniunctam, demonſtratur per VIRGAM duobus ſerpentibus circumuolutam, Mercurio aſsignatam, cum Phyſicum oporteat eſſe in omnibus morbis, ne dum in Podagra prudentem, & dominium habere ſuper ægros tale, vt omninò obſequi debeant: Antonius autem Ricciardus in ſuis commentarijs ſymbolicis hieroglyphicè declarat huiuſmodi medicum Phyſicum per Aeſculapium, laurea coro-

Chirurgus & Phyſicus diuerſimodè ꝑſferuntur hieroglyphicè.

Quomodo Phyſ. demōſtrabatur ab Ægyptijs, & cū cauſa.

Altero modo cum cauſa.

coronatum, cum baculo nodoſo, propter difficultatem medendi omnibus ægritudinibus, ac præcipuè morbo Podagrico, licet plurima ſint pro ipſo remedia, tam extrinſeca, quam intrinſeca.

Chirurgus Med. quo modo præ ſeferebatur ab Indis, & Aegypt. cum propria cauſa

Chirurgus autem ad Aegyptiorum, & Indorum mentem indicabatur Modò per Mercurium, Talarijs ornatum, ob eloquentiam videlicet cum perſuaſione, aut diſſuaſione, nec non ob celeritatem in exercenda quacunq; manuali operatione ſine aliqua timiditate; qua vtraque præditus eſſe debet Chirurgus: Modò per Chironem Centaurum, vt qui Chirurgus poſsit prodeſſe tum hominibus, tum cæteris animalibus abſq; vlla pietatis ſpecie. ſic.n.ſcriptum reliquit Natalis Comes lib. 4. cap. 12. Mytholog.

Ecquid, ſi Magnates ipſos non lateat vtriuſq; Genitura, ſeu Natiuitas diuerſa: Medici .n. phyſici Genitura ſolet eſſe, vt Venus, & Mercurius ſint corporaliter iuncti in domo ſexta, vel ſaltem aliquo beneuolo aſpectu reſpiciantur à Sole; vel etiam à Ioue. Genitura Thadæi Florentini, & Ioannis Hasfurti.

Cæterum in Chirurgi natiuitate plerunq; Mars, & Mercurius iuncti in loco ſexto, in quo eodem ſi aderit Sol, hic Chirurgus erit etiam Anatomicus celeberrimus; propria Genitura Stephani Riuerij; & Gaſparis Taliacotij Bononienſis.

Ha-

Hactenus de ijs, quæ præcipuè in hoc Primo Libro à nobis tradita, & tractata ſunt, videlicet.

PODAGRICORVM Decubitus. f. 295.
GENITVRÆ. fol. 274.
PHYSIOGNOMIÆ. fol. 266.
INSOMNIA. fol. 202.
PVLSVS. fol. 256.
VRINÆ. fol. 247.
SIGNA tũ PATHOGNOMICA. f. 25. tum ALIA fol. 189.
CAVSÆ Diuerſę. fol. 292 286. 284 275. 175. 144. 135. 134. 133. 132. 129. 125. 121. 113. 111. 110. 106. 104. 103. 101. 95. 92. 88. 76. 73. 70. 65. 63. 57. 51. 43. 41. 40. 34. 48. 68. 71.
PARTESQ. omnes AFFECTÆ. fol. 27.
Adhuc PODAGRÆ DEFINITIO non ſolũ REALIS. fol. 19. ſed etiam NOMINALIS. fol. 14.
DICTIONES ab ipſa denominatæ. f. 11.
NOMINA eiuſdem PODAGRÆ varia. fol. 7.
Tandem VARIÆ ipſius SIGNIFICATIONES. fol. 5.

Er-

Errata Potiora ſic Corrigito.

In Tabula Podagræ.

Iatromaticorum	lege	Iatromathematicorum.
Iatromaticis		Iatromathematicis.
Pathognomicis		Pathognomonicis.
Phyſiognonomia		Phyſiognomonia.

In Indice Capitum Primi Libri.

Pathognonomicis	in Cap. 6.	Pathognomonicis.
Phiſyonomia	in Cap. 35.	Phyſiognomia.

In Opere ipſo Primi Libri.

Error	Correctio	Pagina	Linea.
natuacles	naturales.	16	10
repentem	repentes.	23	16
ſimmetriam	ſymmetriam.	28	3
decriſibus	de criſibus.	29	5
Iatromaticorum	Iatromathematicorum.	37	1
ſignicfiat	ſignificat.	39	22
membr, o,	membro.	60	18
vito	vitio.	60	23
conquocuntur	concoquuntur.	61	3
fecibus	fœcibus.	61	26
1. Poſt. analyt.	1. Phyſicorum.	141	5
Fer.	Fen.	168	20
robutis	robotis.	174	15
fori	fore.	276	7
dubitatione	dubitationes.	293	26
tactui	tactu.	304	16
δηλονοτι δηλὸνοτι	διλόνοτι.	305	19

ELENCHVS

Contrariarum in varijs QVAESTIONIB. inter Hipp. Gal. & Auicen. necnon inter Plat. Ariſt. Plin. & Alios, in hoc primo lib. nominatos, cũ ipſorum CONCORDIA.

ADVERTITO.

PRIMVS Numerus indicat AFFIRMATIVAM propoſitæ QVÆSTIONIS partem.

SECVNDVS autẽ eiuſdem partem NEGANTEM.

TERTIVS CONCORDIAM, & Determinationem.

VTrum PODAGRA (vti quilibet morbus) originem trahat *Ab Aere. fol.* 43. 46. 46. *A Crapula* 71. 70. 71.

A Cibo (quo. intelligitur Panis, & Opſonium.) 51. 53. 53.

A Potione frigida. 63. 63. 64.

A Vino (quod fuit olim nuncupatum ſub nomine Aqua in ligno putrefacta. 57.*) fol.* 55. 55. 55. *&* 60. 61. 61. *&* 62.

Ab Inanitione. 65. 66. 66.

Ab Vſu Venereo. 77. 78. 81.

Ab Intemperie ſine materia. 122. 122. 123.

A Flatibus. 126. 126. 127.

A Plethora. 116. 117. 118.

A Cacochymia. 119. 119. 119.

A Cauſa aliqua MALIGNA. 168. 146. 186.

A Cauſa aliqua VENENATA. 168. 147. 187.

Ab aliqua cauſa OCCVLTA. 168. 146. 188.

Te Vtrum

Vtrum PODAGRÆ cauſarum diuerſitas, cum partibus etiam affectis deprehendi poſſit ſecundum MEDICOS Rationales
Ex VRINIS. 249. 249. 254.
Ex PVLSIBVS. 259. 259. 265.
Ex INSOMNIIS. 224. 219. 240.
Ex PHYSIOGNOMIA. 266. 271.
Ex Figura CÆLESTI, erecta ad ægritudinis initium. 297. 296. 301.
Ex GENITVRIS virorum particularium. 283. 281. 292.
Vtrum GENETHLIACI, dum prædicunt PODAGRICAM affectionem, & illius cauſam, cum parte affecta vtantur hora exitus infantuli, an hora antè exitum, & ſi antè exitum VTRVM dum ſemen cadit in MATRICEM, an verò dum ſumit formam Embrionis. 279. 280. 280.
Vtrum Vinum nutriat. 58. 57. 59.
Vtrum PODAGRA ſit HÆREDITARIA. 107. 108. 110. & 112.
Vtrum PODAGRA benè curari poſſit per RELATIONEM, vt Aegyptij opinabantur. 305. 305. 307.
Vtrum Medicamentorum gradus ſint neceſſario conſiderandi pro recta PODAGRÆ curatione. 141. 140. 142. & 143.
Vtrum PODAGRA poſſit prouocari ab hominibus, quotieſcunque voluerint. 100. 99. 101.
Vtrum Inſomnia fiant antè quartum, vel quintum annum ſuæ ætatis. 217. 217. 218.
Vtrum Sanguis admittatur ſincerus, diſtinctus ſcilicet ab alijs humoribus. 130. 130. 130.
Vtrum Dies naturalis, propter humorum dominiũ, ſit diuidendus ex ſex horis in ſex horas, an ex tribus horis in tres horas. 45. 45. 46.
Vtrum à Nominibus (Morborum ſcilicet) an ab ipſis morbis ſint inchoandæ tractationes. 8. 8. 9. & 10.

SCHE-

SCHEMA.

PRoblematum in hoc primo lib. contentorum, præcipuè reſpiciētiu n Podagram, perinde ac omnes morborum ſpecies, & quædam alia notatu digna.

Cur in PODAGRÆ (vt omnium morborum) curatione Medici ſæpè in multos errores labſitui? fol.36.&142.

Cur in PODAGRICVM morbum viri cadere non poſſunt? fol. 105. 193. 196.

Cur PODAGRÆ cauſæ ſint FVNGI? 169. Panis eſus? 51.52.53. Potus CALIDVS? 63. MOTVS? 73.101. QVIES? 74. REPLETIONES? 67. CRVDITATES? 104.105.135. OBSTRVCTIONES? 103. ANIMI accidentia? 93. 94. 96. EVACVATIONES retentæ? 68. Præter iam dicta omnia, Ventriculus? 134. Hepar? 133. Cerebrum? 132. Cor? 133. Lien? 135. Renes? 130.

Cur AER corporum temperamenta variè immutet, peruertatq́;. 44.

An ſine CIBO, ac POTV vixerint aliqui (vt refert Albertus Magnus) viginti dierum ſpatio. 51.

Cur Cacochymia non ſemper inducat Podagram? 119.

Quam ob cauſam Plethora non ſit vna? 114.

Quare Humores demandantur ad Pedes per Venas, Arterias, & Neruos? 132.

Cur Humores extent ad ſe inuicem inæqualiter ſecundum proportionem? 114. 129.

Cur MEDICIS Rationalibus pernecеſſaria eſt peritia Phyſiognomiæ? 256. Inſomniorum? 202. Vrinarum? 247. Pulſuum? 7. Figuratum cæleſtium erectionis, tunc, cum percipitur ab ægro ſenſibilis læſio,

læſio, non autem, vbi æger decumbit. 194.

Cur pro acquirenda Pulſuum ſcientia non ſit certum vitæ tempus? teſte Galeno. 256.

Cur Genethliaci modò approbentur; modò quammaximè reprobentur? 275. 276. & ſeqq.

Cur Genethliaci modò Solem, modò Lunam reſpiciant in Genituris, vt etiã ſit in decubitibus? 288 284. 286.

Quam ob cauſam Venena miſta interdum nihil mali efficiant? 174.

Cur PODAGRA nõ poſſit vno modo curari? 200. 205.

Cur Medicina fuerit olim tanti æſtimata? 274.

Cur Medicina eſt cum Aſtrologia aſſocianda? 274.

Cur Medici olim apud Romanos erant in magno pretio, vt refert Galenus? 282.

Cur Synonima Morborum ſint neceſſaria ſcitu. 8.

Cur à PODAGRA ob Repletionem facilius liberentur diuites, quam pauperes. 69.

Quam ob cauſam filij ſint modò Patris; modò Matris ſimiles; modò ab vtriſq; diſſimiles? 83. 84.

Cur Morborum remedia debeant eſſe cauſis morborum æqualia in gradu. 36. & 142.

Cur morbi fiant longi, ac permutentur ex vno in alterum? 36. & 142.

Cur ANIMA ſit immortalis ad mentem Ariſt. cum particularibus (& diſtinctè quidem) eiuſdem auctoritatibus. 214.

Quam ob cauſam Cæleſtia corpora neminem impellant ad aliquid proſequendum, fugiendumue. 42.

Cur MEDICI à Galeno reprehendantur. 282. 293. 308. 311.

Cur Tiberius Cæſar quamplures Romanos interficiendos curauerit. 275.

Qua

Qui de cauſa Virtus Heroica non connumeratur inter virtutes Morales? 279.
Cur Iuuenes Medicinæ ſtudioſi hortentur, vt incumbant illi ASTROLOGIÆ parti, quæ Medico rationali eſt neceſſaria? 103. num. 11.
Qui de cauſa Medici EMPIRICI non reperiãtur apud Ægyptios? 308.
Cur Medicus Chirurgus differat à Phyſico & ſemper, & ſæpè, & interdum? 308.
Cur Medici vtantur Amuletis, & nullo vnquam pacto Apotropæis? 310. 311.
Cur modò Phyſici: modò Chirurgi aduocari ſoleant à MAGNATIBVS? 313.
Cur Medici ab Indis, & ab Aegyptijs hieroglyphicè repreſententur ſecundum varias figuras cæleſtes? 314.
Cur Medicorum genituræ non ſunt eædem? 314.
Cur Aquarum quædam ſunt venenoſæ? 153.
Quare SEMEN à toto non decidat? 112.
Quare SEMEN à toto decidit? 111.
Quænam eſt cauſa, propter quam PRÆGNANTES abortum faciant, dum Leporem marinũ vident? 163.
Cur VNGVES, vt etiã NÆVI, & Cutis MACVLÆ à Medicis perpendantur. 268. 269.
Cur Medicorum, aut alterius Relatio ad alterum medicum debet eſſe completa? 310. nu. 12. & 312. nu. 19.
Cur in varijs concoctionibus multa fiunt excrementa? 193.
Cur Aliqui benè concoquunt cibos? 196.
Cur fiunt cruditates? 105.
Cur medicamenta interdum obſunt ægris? 198.
Cur inſomniorum obſeruatio eſt Medicis neceſſaria? 202. 204. 208.

Cur

Cur Inſomnia de terræmotu præſeferunt in corpore humano mutationem? 206.

Cur Terræmotus tractatio ſpectat non modò ad Philoſophos, ſed etiam ad Medicos? 207.

Cur Venenum extra corpus nõ eſt habile ad Podagram inducendam? 150.

Cur Ob aquarum potationem homines incidunt in morbos irremediabiles, quinimmò in ipſam necem? 153.

Cur Fungi (ac maximè Boleti) mortem inducunt? 156.

Cur Podagram non inducunt animalia venenoſa? 158.

Cur venena calida interficiunt? 161.

Cur Luis venereæ plura ſint ſynonima? 176.

Cur Venenorum ſimilitudo admittitur cum humoribus prauis? 185.

Cur Lien non eſt membrum fruſtra factum à natura, vti falsò arbitrabatur Eraſiſtratus? 232.

Cur Inſomnia, accidentia in morbis, ſunt ad Podagram referenda? 209.

Cur Næui, vt cutis Maculæ conſiderãtur in hoc lib. 269.

Cur in Podagrico morbo Pulſus Dicrotus, Vibratus, Tremulus, & Decurtatus malum nuncium præſeferre ſoleant? 261.

Cur in Podagrico morbo Vrina ſola non obſeruatur? 255. nu. 6.

Cur Fides nulla eſt pręſtanda illis figuris cęleſtibus, quę ſunt conſtructæ momento temporis interrogationis, aut horis Horologij? 302. nu. 2. & 6.

Cur Ventus Aquilonaris eſt Podagræ cauſa? 47.

Cur Ventus Auſter Podagram inducit? 47.

Cur Ventus Auſter eſt calidus, & humidus? 47.

INDEX
Notabilium RERVM, & VERBORVM.

A*Muletorum definitio. fol.* 310. *nu.* 13.
Animi affectuum Synonima, Eſſentia, Diuiſio, Nominaq; particularia. 94. 95.

C

Cibum, qui benè concoquat. 196.
de Cœleſtium figurarum conſtitutione ob Podagram, vti ob alios morbos. 297.
Cruditates ex imbecilli concoctione cauſantur. 55. *&* 135.

D

Diuinationum ſpecies. 222. 223.
Diuiſitus Medentium diuiſio. 310. *nu.* 11.

E

Empiricorum adagium. 142. *Conſuetudo.* 235. 244. 308.

G

Graduum in Medicina Synonima, Eſſentia, Definitio, vnde dicantur, & quot ſint. 138.

H

Humores tum Naturales, tum Non naturales Podagram efficiunt. 130.
HEPAR eſt primum illud membrum, quod in morbo Gallico afficitur. 181.

I

INSOMNIORVM obſeruatio iuuat Podagricam curationem. 202. 228. 233.

L

LVIS Venereæ tractatus, quatenus Podagra, necnon aliarum ægritudinum ſit proprius. 175.

ME-

M

MEDICVS ſi ſufficerit ad morbum cognoſcendum, eiuſq; cauſis, ſufficiet & ad ſanandum. 266. Qui omnium PERFECTISSIMVS. 274. 275. 282. Qui Reprehenſione dignus. 274. 275. 293. Eius officium in ingreſſu ad infirmos. 190. 199. 305.
in Morbis vnde cognoſcantur partes affecta. 231. 264.

N

Natiuitatum tractatio, vt in Podagrici auxilio eſſe poteſt. 274.
Nutricis lac (ob quod ſæpè Podagra fuit orta) quando prauum cenſeatur eſse. 110.

O

Obſtructionum cauſa. 103.
Opſoniorum varietas Podagram inducit. 54.

P

Pedis Hieroglyphica varia. 33.
Phyſiognomia cognitio, vt Podagra (ſicut aliorum morborum) cauſis conducere poteſt. 266. in quo conſiſtat. 267.
Podagra eſt dictio æquiuoca. 5. 6. Illius ſynonima, ſcitu neceſſaria. 10. 247. Definitio. 16. 26. Quæ ab ipſa denominentur. 11. 12. Per quas vias recipiat materiam ſuperuacaneam. 93. 132.
Pulſuum tractatum ad Podagram (vt ad alios morbos) pertinere patet. 256. 263.

S

SAPIENS DOMINATVR ASTRIS. 304.
Signorum ſynonima in morbis. 189. Differentia. 189. Declarationes omnium. 190. & ſeqq.

T

Terræmotus Significatio. Definitio (ſub qua Pars affecta, Cauſe, Signa) Indicatio. Coindic. Contraindic. Præſagium. Curatio. Arcana. Amuleta. Præſeruatio. 210.

V

VENENOR. tract. vt ad Podagrã, & alios morbos ſpectat. 145.
VIRTVTIS: diuiſio ad mentem Ariſt. in lib. Ethic. 279.
de VRINIS tractatus, vt ſpectat ad Podagram, perinde ac ad alios morbos. 247.

FINIS.